

JO. HENRICI,  
CASP. FIL. CUNRADI  
**S I L E S I A**  
**T O G A T A,**

*Sive*  
Silesiorum doctrina & virtutibus claris.  
fimorum

**E L O G I A,**

*Singulis distichis comprehensa;* 4A33

*Quibus*

Dies omnium natales & emortuales, Officiorumque ab  
ipsis gestorum Tituli subjunguntur.

EX AVCTORIS MSCto,

1083 Quod in Bibliotheca Paterna viderat,

edidit


**CASPAR THEOPHIL. SCHINDLER VS,**

Lignicenfis Silefus.

---

**LIGNICII,**

Sumptibus Hæredum RORLACHIANORUM,  
ANNO MDCCVI.



LECTORI BENEVOLO

*Salutem & officia.*



Um superiore anno gravissimi morbi contumacia, cum qua per integrum fere triennium conflictatus fueram; incassum adhibita excellentissimorum Medicorum ope, à Studiis, quibus Lipsiæ incumberem, domum me revocaret, id mihi, quantum per tenues corporis viriculas licebat, negotiū datum esse arbitrabar, ut quid litterariæ suppellectilis admodum reverendus dilectissimusque Pater meus, *M. David Schindler* ad B. Virg. Pastor, & Rever. Minist. Aug. Conf. addicti in Ducatu Lignicensi Senior, in suos meosque usus reposuisset, excusis omnibus bibliothecæ forulis inquirerem. Accidit hac occasione, dum in Scriptis evolvendis occupabar, ut in CASPARIS CVN-RADI, Medici & Philologi inter Silesios, dum fata DEusque sinebant, Clarissimi tres *Millenarios* inciderem, quibus nobilissimus Vir vitam & famam doctissimorum in orbe virorum cura multum utiliore, quam ille olim *unige* Homerī opus nucis putamini, inclusit. Mirifice hoc scriptum mihi ardebat, cum ob perspicuam brevitatē, tum ob adpersas non raro argutias, quæ potissima Epigrammatum dos esse putantur, maxime vero



L. i. = 337104





ob præstantissimorum virorum notitiam, quam ille lectori suo concinna elegantia conciliat. Quamobrem ut typis exprimeretur optabam, quippe dignum

*Ingeniis oculisque legi manibusque teneri.*

Ex quo autem paulo post illud jam factum fuisse videbam, eandem sortem cæteris *septem Millenariis*, quos *Joannes Henricus*, Casparis non impar filius, eadem qua Pater methodo, nec minori felicitate conscripsit, vovebam. Neque enim adduci poteram, ut calculum adjicerem Galli illius judicio, qui, pro consveta gentis suæ liberrime censendi libidine, Germanis ideo labem affricare conatur, quod *περίεργοι* sint, & eorum, de quibus scribunt, parentes, diemque ac horam sæpius, qua nati aut vita defuncti sunt, anxie recenseant. Quod ipsum *Cunradorum ἔργον* est. Tantū non putabam hominis Galli judicium, ut à concepta sententia me dimoveri paterer. Videbam enim optimos rei historici auctores, & inter hos ipsum augustissimum Gallorum Scriptorem idem factitasse, & talia, quæ moroso huic censori, uti apud Polyhistorum audit, *inane* videntur, singulorum fere annorum historiis subjecisse. Tantum quoque abest, ut vel *Zabeus*, vel *Voglerus*, vel alii institutum Cunradi nostri improbarint, ut potius inter majorum gentium scriptores locum ei propterea concesserint. Quid? quod si recte calculum pono, Nostrates virgulam censoriam non mereri deprehendo, quandoquidem illis non historiam, sed indicem tantum virorum litteris illustrium, eorundemque vitæ ac mortis tempora, & quæ intra hos cardines versantur momenta, breviter complecti propositum fuit: in quo non sine laude prævium habuerunt *Georgium Bucholzerum* in Indice Chronologico, cui continuando optionem dari dudum in votis mihi fuit. Verum nec hoc futurum spero, nec *Cunradi* junioris laborem luci publicæ statim expositum iri credo, quod in possessionem Typographi-

cæ artis alii nunc libri venerint, quibus tamen res litteraria nullo suo damno sæpenumero carere possit.


Interim ut optimus ille Vir aliquod suscepti operis precium ferret, operam ego dandam putavi, ut patriæ nostræ cives, quorum memoriæ peculiarem industriam in *Silesia* sua *Togata* impendit, orbi publicarentur. Non enim minus de *Silesia* sua mereri voluisse, vel aliis ad benemerendum faculam præluxisse putabam, quam Andream Schottum de Hispanis, Philippum Thomasiū de Italis, Antonium Verderium de Gallis, Aubertum Miræum de Belgis, de Veronenſibus Onuphrium Panvinium, de Bononienſibus Bart. Galeottum, de Hamburgensibus P. Lambecium, aliosque de Civium suorum fama sollicitos. Deinde *Silesiæ* nostræ *Togata* editione macula detergenda fuit, quam genti nostræ mali quidam censores adspargere conati sunt. In quo censu Scaliger & Oldenburgerus inveniuntur, quorum ille *barbaros*, hic *simplices* *Silesios* vocat. Scaligeri quidem judicium nec miror nec moror, de quo satis constat, quod parcus sit & infrequens æstimator eruditorum, in quo sæpe

- - - quidvis horum verum conjicit

*Quæ sunt dicta in stultum: caudex, stipes, asinus, plumbeus.*

Oldenburgeri vero obtrectandi licentiam ulciscerer, nisi ipse simpliciter reus à doctis dudum esset convictus. Utriusque injurias libellus, qui nunc evulgatur, satis superque testibus compluribus propulſat.


Duo autem in publicatione scripti hujus monenda supersunt: Primum est, quod lector, qui in hoc de *Silesiis* opusculo aliarum nationum viros aliquoties insertos esse mirabitur, scire debeat, Auctorem nostrum eum quoque locum pro Patria agnovisse, ubi quis transacta maxima vitæ parte diem tandem suum obiit: idque ad mentem Puteani, quam pag. 17. *Liplom.* exprimit: *Non tam*



*tam ubi quis incipit vivere, quam ubi desinit, natus est; non cum sumit animam, sed cum ponit, aut potius reponit: nam quem nos ultimum vite diem vocamus, novæ is & duraturæ Natalis est. Alienum, quod neququam approbandi vel defendendi partes in me recipiam, si quid vel contra auctoritatem quorundam magnatum, vel contra Fidei cujuscunque professionem, interdum etiam contra computum annorum ab aliis institutum, à Cunrado nostro scriptum est. Alienissimus egomet sum a lædendi animo: Solum Cunradi textum e vestigio sequor, nec cum larvis aut mortuis unquam pugnare constitui. Quicquid ergo duriusculum in foetum Cunradinum irrepisse cuipiam videbitur, istud omne à mente atque ingenio meo abhorreere publice profiteor, & ne mihi illius culpa forte imputetur, ea, qua fieri decet ac potest, submissione rogo. Bene vale, Candide lector, atque Appendicem ad opusculum Cunradinum expecta a Tuo*

**CASPARE THEOPHILO SCHINDLERO,**  
Lignicensi Silesio,

Hæc



**H**æc est illa præfatio, quam *Silesiæ Cunradine* præfigendam constituerat clarissimus Editor. Credibile est, plura fortassis illum de dubiis quibusdam Chronologicis passim in MSCto occurrentibus fuisse commentaturum, nisi & ipse fatis ita ordinantibus mortalitati prius valedixisset, quam librarius operas typographicas inchoare posset. Quicquid ergo in hisce pagellis lectori exhibetur, id sane nihil aliud est, quam Cunradinus labor, quem prælo paratum post se reliquerat doctissimus Schindlerus, Eius hac vice solum in solem quasi exponunt Rorlachiani hæredes, a quibus Supplementa etiam Schindleriana, cum monitis nonnullorum doctorum civium, qui pagellas post impressionem jam factam perlustrarunt, sperare olim poterit candidus lector, quamprimum ista ex schedis B. Auctoris conquesta, & in ordinem, quo Cunradus noster usus est, redacta fuerint, præmiserunt interea quædam Schindlerianæ memoriæ monumenta, ac ipsius Jo. Henrici Cunradi vitam, à M. Christiano Strieffio, Lignicensi, scriptam, atque ad B. Schindlerum, cum quo familiare ipsi litterarum & amicitia commercium ab infantia semper intercesserat, ad modum epistolæ Lipsiæ, dum viveret, aliquando transmissam. Quo Catone contentum esse jubemus lectorem, donec reliqua quoque commoda occasione subsequantur.

SCHIND-

❁ ( o ) ❁

**S**CHINDLERI studio follers CVNRADAE  
*resurgis,*

*Atque vel in tumulto, ceu rediivivus, ovias.  
Verum inter medios servati civis honores  
SCHINDLERVS rigida fit quoque prada necis.  
Confestim sed rursus ades CVNRADAE, tumumque  
SCHINDLERVM longa nocte perire veas.  
Excipe Posteritas amborum grata labores,  
Disceque, quod Pietas fata domare queat.*

Honoribus posthumis Clarissimi Editoris,  
ante aliquot annos defuncti, ex animo favens

scribeb,

C. GRYPHIUS.

**D**ort stand zu Cölln am Rhein ein Ehweib wieder auf/  
Die mit der größten Pracht schon würcklich lag begraben/  
Nachdem die Diebe/so den Trau-Ring wolten haben/  
Den der betrubte Mann nach selbter Zeiten Lauff  
An ihre Hand gesteckt/womit sie nichts versäumet/  
Bald in der ersten Nacht Grufft/Grab/ und Sarg geräumet.

Ach

❁ ( o ) ❁

Ach was vor Angst und Furcht kam diese Räuber an!

Sie sprungen als sie nur den Sarg eröffnet hatten/  
Und suchten in der Noth den allerdicksten Schatten/  
Den eine schwarze Nacht nur immer geben kan.  
Sie dachten: wird der Geist bey so gestalten Sachen  
Auch wohl/wie wirs verdient/ den Garaus mit uns machen?

Schaut/ was ein böser Mensch vor ein Gewissen hat!

Hier war kein Geist zu sehn so nah als in der Ferne;  
Die Frau gieng selbst heraus/ erwischte die Laterne/  
So bey dem Grabe stund/ lieff/ und verrieth die That:

Doch musste sie wol erst bey tausend Schwüren sagen/  
Dass Sie die eben sey/so man ins Grab getragen.

O Wunder der Natur! doch der gelehrten Welt  
Ist dieses eben nichts. Sud/West/und Ost und Norden

Hat viele/die schon längst zu Staub und Asche worden  
Auf ihrem Ehren-Platz lebendig darge stellt:  
Wovon die Posthumi das beste Zeugniß geben/  
In welchen Phorius und andre wieder leben.

Wiewol/ was eben hier das größte Wunder macht/  
Ist/dass du nicht allein von Todten bist erstanden:

b

Hier

❁ (o) ❁

Hier ist die grosse Schaar der Schlesier verhanden/  
 Die du mit dir zugleich aus deiner Grufft gebracht;  
 Herr Bruder/dieses Glück hat noch bey keinen Jahren  
 Noch Lignis/nach zugleich ganz Schlesien erfahren.  
 Dein Fleiß/dein muntre Geist/un die Gelegenheit/  
 So dir der theure Mann/dein Vater/kunte geben/  
 Versprach uns bald gar viel/doch nahm dein kurzes  
 Leben

Die ganze Hoffnung weg/biß nun zu dieser Zeit  
 Dein angenehmes Werck die kluge Welt soll lehren:  
**Es könne selbst der Todt die Tugend nicht  
 versehen.**

Vid. Geor. Hieron. Velschius in Observatt. Medic. Epislamate 100.  
 siue ultimo p. 67. ubi historiam hanc ari incisam ex Georgio  
 Segero exhibet.

Aus gutem Andencken gegen  
 den sel. Herrn Schindler  
 schriebs

**M. Gottfried Detwerdeck.**

*Viro*

❁ (o) ❁

*Viro maxime reverendo, amplissimo atque  
 doctissimo,*

**M. DAVIDI SCHINDLERO,**  
 Adis Marianæ apud Lignicenses Pastori, & Ministerii Augustanæ  
 Confessioni, in Lignicensi Ducatu additi Seniori meritissimo, Patro-  
 no singulariter colendo, atque Filii unici obitum acerbe lugenti,  
 Salutem & observantiam perpetuam.


MAXIME REVERENDE VIR;

**Q**uod beatis Manibus Filii tui charissimi diu debui, hac tan-  
 dem epistola explendum duxi officium, triste quidem il-  
 lud & lamentabile, quod civi, quod, commilitoni olim  
 meo, atque amico ex paucis fido & constanti, sed in primo ma-  
 gnorum conatuum ingressu, in florentissimæ ætatis spe, fatis eheu!  
 præmaturis functo, præstandum a me fuit; tale tamen, quod ci-  
 tra animi ingrati turpitudinem prætermittere aut deserere nullo  
 modo potui. Etenim una LYGIORUM civitas nascentes nos ex-  
 cepit, una LIGNICENSIS Schola alumnos, unum Magdalenam  
 apud Vratislavienses Gymnasium auditores, una Lipsiensis Acade-  
 mia Cives & eodem studiorum genere occupatos semper vidit:  
 an idem etiam sepulturæ locus reliquias nostri funeris habiturus  
 aliquando sit, id enim vero in DEI immortalis arbitrio positum est.  
 Ac ille quidem, uti nascendi ordine, sic domestica etiam infor-  
 matione multis nominibus me prior, in ipsa statim infantia, quid  
 mirifica virtutis indoles & ingenii ad sublimia aspirantis docili-  
 tas posset, luculenter comprobavit. Egressus deinde pueriles an-  
 nos, superatisque inferiorum classium difficultatibus, atque in si-  
 gnam obtentæ in certamine scholastico victoriæ inter primi ordi-  
 nis discipulos numeratus, quo ego ipsum in loco post sex mensi-



um intervallum sequutus fui, majora hercle indies diligentia sua specimina edidit, quum praesertim Clarissimorum Virorum, *Ephraimi Heermanni*, *Georgii Meyrovaldi* & *Balthasaris Friderici Hertwigii* docta fidelique institutione frueretur. Erat tunc temporis mutua quaedam inter nos aemulatio, in styli praesertim exercitiis, & sermonibus sacris, (quos ex more Lycei calamo statim excipiunt supremi ordinis scholares,) latine extempore reddendis: cujus rei insignem postea fructum in seuerioribus studiis experti sumus; sed, ut verum fatear, CASPAR tuus THEOPHILUS primam semper & loci & adprobationis lauream obtinebat. Anno seculi superioris nonagesimo & primo Vratislaviam concessimus, ubi, inter auditores Gymnasii Magdalenae recepti, Praeceptores consequuti fuimus Viros Amplissimos *Christianum Gryphium*, *Gothofredum Kämpferum*, *Simonem Titium*, *Gothofredum Poblum*, qui nos per omnes disciplinarum circulos dexterrima informatione deductos, continuis utriusque styli, utriusque linguae exercitamentis ad altiores scholas prepararunt. Atque hoc nomine sigillatim mihi extollenda est Viri incomparabilis CHRISTIANI GRYPHII, Rectoris illic excellentissimi, erga nos indulgentia, cujus doctissima institutione privatim annis aliquot perutiliter gavisi sumus, quippe non extraneorum, sed domesticorum ac filiorum loco nos semper habuit atque dilexit. Ab hoc in maximam spem formatus CASPARIS tui animus, atque liberalium disciplinarum subsidiis omnibus egregie instructus, neque sine amplissimo litterarum & morum insigniter excultorum testimonio dimissus, Lipsienses Musas sibi praeligebat, ad quas cum bona Parentis venerandi venia, Patronorum catalogum relatus, per annos fere quatuor juvenis industrii, modesti, & scientiarum omnium percipendi partes explevit. Urbem igitur, quae Professorum aucto-

rita.



ritate, virorumque doctissimorum celebritate, ac librorum omnium generis affluxu, morum insuper elegantia & comaeatua commoditate, reliquas totius Germaniae civitates longo post se intervallo relinquit, ex voto ingressus, temporis statim bene ferendum esse rebatur, atque adeo publicarum aequae ac priuatarum lectionum auditor sedulus, doctus librorum helluo, & studiorum, quae à Theologia Philologiaeque nomen & dignitatem suam sortiuntur, diligentissimus sectator evasit. Ego interim ob graviores causas Vratislaviae diutius haerebam; consequutus autem ILLUSTRIS SENATUS gratia liberale stipendium, (cujus beneficii grande momentum, post Deum, commendationi Gryphianae adscribere uti debeo, ita semper solitus sum) in Academia Lipsiensi veterem commilitonem anno seculi septimo & nonagesimo salutavi; sed debita tamen cum reuerentia. Ille enim per quadriennium Academicum, coelestis ingenii felicitate, in hominem adoleuerat, qui in patriam reuocari, & expectationi civium destinari dignus haberetur. Abiit igitur ex Parnasso nostro inter faustas amicorum acclamationes, & ad patrios lares salvus ac sospes reversus Familiam Nobilissimam, Teque inprimis Parentem venerabilem, sanctissime a filio temper cultum, effusissimo gaudio cumulavit.

Post absolutum hoc modo Academicæ vitæ curriculum, studium tamen nondum ad metam peruenisse credidit, sed quae nuper in Collegiis Lipsiensibus calamo vel ore exceperat, ea nunc iterum diligenter repetenda, & a Theoria, quam vocant, ad praxin aliquando digrediendum sibi esse ducebat. Quae certe in re quum Te ipso ducem meliorem habere posset neminem, sic etiam sedulo adlaboravit, ut numeris omnibus, quantum vires valetudinis admodum debilitatae permitterent, voluntati paternaë responderet; temporis interim ea ratione habita, ut post graviores litterarum sacrarum curas, patriae quoque historiae, ad quam studio quodam incredibili



ferebatur, ex parte vacaret. Nactus erat eam in rem ex bibliotheca tua Codices quosdam MSS. *Propo-graphia Melica*, cujus tres millenarii priores *Caspari Cunrado* Poliatrio ac Poeta Vratislav. celeberrimo, typis excusos debemus, septem autem alios *JO. HENRICUS*, Casparis Filius, *CUNRADUS*, Principis in Silesia Lichtensteinensis Consiliarius amplissimus, inter schedas suas reliquerat; ut adeo ad decimum usque millenarium excreuerit *Propo-graphia* isthac *Melica*. Quae volumina, quando post Joannis Henrici mortem, qui Lignicii anno, ni fallor, M D C LXXXV. obiit, emtionis titulo in manus paternas pervenerunt, Filius ille tuus sollicite discussit, atque, ut in lucem emitteret, apud animum suum constituit. Quum autem iusto prolixius id opus ipsi videretur, & librarius, qui sumtus in editionem erogaret, deesset, alterum ejusdem Joannis Henrici Cunradi foetum, (quo sub *Silesiae Togata* nomine, Silesiorum clarorum memorias singulis distichis inclusas, locoque natali, dignitatum caractere, & emortuali die semper additis, Cunradus noster celebravit,) adgressus est, menda haud negligenter emendavit, Litteratos complures a Cunrado praetermissos, ordine alphabetico subnectit, atque adeo codicem hunc ita perpoliavit, ut ad praelum omnino paratus esset. Cujus rei fama non apud Silesios tantum, sed externos etiam increbuerat, illos inprimis, qui historiae litterariae majorem in modum dediti sunt, ut vel ideo editorem inveniret opusculum, qui istud quanto ejus typis excubere, atque in conspectum publicum exponere pollicebatur.

Sed o profundam coelestis providentiae altitudinem! Dum nos optime de optimo juvene speramus, dum ille, ut spes nostras impleret, omnem lapidem movet, ecce! valetudo, quae ipsi saepe numero infirma fuerat, & quacum Lipsiae ante abitum suum vix quidem in gratiam redierat, languentem ex morbo difficili lecto rursus alligat, & post breves inducias, fractis attritisque denuo viribus, Pa-

renti,

renti, Sororibus, Adfinibus, Amicis, Civibus, atque Libris suis, quos alias vitae comites & laborum solatium haberat, extremum vale dicere jussit. Quis tunc Patris venerandi luctus, quis Familiae moestissimae planctus, quae condolentium amicorum consternatio subsequuta sit, id meum non est explicare: neque mirum adeo, si filium unicum, quem in expectationem patriae, in delictum Musarum, in solamen senectutis educaverat, citra spem terris & sibi ereptum Parens consternatissimus lugeat. Ego quoque, qui in ejus morte praestantissimi amici jacturam feceram, ad primum obitus acerbissimi nuncium non a dolore, non a questu, non a lachrymis me abstinere volui. Post autem quam considerarem, non debere obstrepi voluntati divinae, caducas etiam mortalium omnium molitiones, & praecocia plerumque litteratorum fata esse, animum rursus collegi, & de funere veteris amici quaqua scriptio decorando cogitavi. Ac ille quidem, quanquam medio in spacio juvenutis e viventium numero excesserit, quantum ad gloriam, longum jam aevum peregit. Quippe & vera bona, quae in virtutibus posita sunt, implere coeperat: & quid aliud illi fortuna ultima adstruxerit, quam quod Parens indulgentissimus asidere valetudini, fovere deficientem, satiari ejus vultu atque complexu debuit; quod is animum quoque Filii ad coelestem Academiam adspirantis firmare, quod precibus sanctissimis praere, quod morientem Christo Servatori commendare, quod oculos novissima in luce paternum adfectum desiderantes, ex voto Filii charissimi, suis manibus claudere, & inverso quidem ordine, Deo tamen ter maximo sic jubente, largifluis lachrymis componere potuit? Felicem te hoc nomine dicendum esse, beatissime CASPAR THEOPHILE, quis ambiget? qui & hoc festinae mortis grande solarium tulisti, evasisse Te iniquitatem nostri seculi, quo non jam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo ac velut uno ictu atrox bellum, perfidia hominum, litterarum contemptus, pacem publicam, candorem

anti-





antiquum, M<sup>is</sup> factumque cultores, atque, ut verbo dicam, felicitatem temporum ex Germania uniuersa p<sup>er</sup>ne eliminant. Nobis itaque reliquum nihil est, quam Manibus tuis quietem placidam. & virtutibus memoriam immortalem adprecari. Tibi autem, Patrens moestissime, Patrone reverenter obseruande, annos, quos ætati Filii, si naturæ cursum metiamur, mors inuida dempsit, Numen sanctissimum addat. Tuæ nunc vitæ illa portio accedat, ut præses sacris functionibus in patria, & ministerio verbi diuini vacare, atque salutem animarum quam diutissime curare valeas. A Te etiam, si quid temporis ab ecclesiastico munere vacuum datur, *Silesia Togata Cunradina* manum opitulatricem expectat. Illam Tibi velut orbam ac posthumam prolem THEOPHILUS tuus commendauit, quam ne deferas prorusus, aut ad carceres æternos postliminio quasi condemnes, communes, mecum litteræ, & tot Silesiorum in ea celebratorum Elogia Te rogant. Transcribes eare *Schindlerianum* nomen perennitati temporum, ac tot ciuibus posteritati narratis siue traditis superflitem perpetuamque reddes Tuam ac suauissimi Filii tui existimationem, cuius adeo famam nullus deinde tumulus, nulla URNA, licet corporis exuvias abscondat, tegere vel contumulare unquam poterit. Ita vale perpetuo & fave


MAX. REVER. AMPLISS. que  
NOM. TUI

Scribebam Lipsiæ inter curas  
de Urnis veterum Lygiorum  
publicandis & scripto illu-  
strandis, exeunte anno 1703.

*Cultori obsequissimo*

M. CHRISTIANO STIEFFIO.

JO.



JOANNIS HENRICI, CASP. FILII CUNRADI

*Vita.*

IOANNES HENRICUS CUNRADUS, clarum, dum viveret, Patriæ suæ fidus, seu ut ipse loqui (a) amabat, *haud degner incolæ mundi,* natus est Vratislaviæ d. 4. Augusti, sub ipso festo Dominici, anno MDCXII. Patrem habuit Virum eruditione, fama & meritis nobilissimum, CASPAREM CUNRADUM, (b) Philosophiæ ac Medicinæ Doctorem, Poetam Laureatum Cæsareum, & Vratislaviensis Reipublicæ, quam patriam sibi obtrigisse gloriabatur, Physicum, ceu vocant, Ordinarium; Matrem autem CHRISTIANAM TILESIAM, M. MELCHIORIS TILESII, Ducalis apud Bregenses in Silesia Gymnasii Rectoris celeberrimi filiam, feminam omnium, quæ sequiori sexui ornamento sunt, virtutum laude florentissimam. Qui parentes filiolum, cujus indoles peregre gia suis se statim iudiciis prodiderat, nondum quidem sextum ætatis annum supergressum, Scholæ tamen Magdalensæ, quam tunc temporis Joannes ab Hæckelshoven Rector moderabatur, alumnum fecerunt: euentu ita prospero, ut ex publica Collegarum Magdalensarum, & priuata insuper Martini Opitii, (quem in ædibus paternis Præceptorem domesticum habuerat) institutione magna incrementa caperet, atque anno MDCXXV. d. 12. Julii, patris iustis Bregam mitteretur. Ibi Melchiorum Laubanum Rectorem publicæ, Andream vero Senflebium privatim audiuit, atque ex utriusque insigni eruditione, velut ex fonte quodam pellucide, Castalii nectaris rivulos aliquandiu hausit; donec ob præmaturum dulcissimæ matris obitum, quæ natali suo die videlicet 25. Septembr. anni MDCXXV. e vita discefferat, domum a parente circa anni MDCXXVI. initia revocaretur. Paruir igitur paternis monitis, & alterius etiam Vratislaviensium Gymnasii, quod Elisabethanum appellatur, ciuis factus, magnam semper operam in recitandis utrius-

c

que

que styli exercitamentis, & publicis Actuum Gymnasticorum solemnitatibus frequentandis posuit. Quae ex requum in litteris & moribus elegantiam singularem consequutus esset, anno deinde MDCXXVIII. d. 24. Julii, Oratione de *Utilitate studii Juris* concinnata, Praeceptoribus ac commilitonibus suis gratum vale dixit, atque secundo amne Viadro Francofurtum nauigauit, non tamen sine praesentissimo vitae inter fluctus ac turbines in flumine exortos discrimine. Vivebant illo tempore in Alma Francofurtensi praeter ceteros morum ac disciplinarum Professores, tres Clarissimi Viri, omnes *Neandri* nomen gerentes, ex quibus Joannem Neandrum in studio Juris, Christophorum Neandrum in Ethicis ac Politicis, Georgium vero Neandrum in Graecis, doctores habuit, postremumque praereliquis omni cultu prosequutus est, quod iisdem cum ipso aedibus ac victu gauderet, & pene filii instar adfectu tenerissimo ab illo diligeretur. In hac ergo studiorum officina per triennium commoratus, ad alias porro Academias inuisendas animum adjecit: sed obstabat aduersa totius Germaniae fortuna, & tricennalis belli furor, qui ceu torrens quidam exestuans communem patriam inundabat, & Legibus inter armorum strepitum triste silentium imponebat.

Ista calamitas Cunradum anno M DC XXXI. mense Septembri a Musis Francofurtensibus primo impetu Milicium in Silesiam migrare compulit, ubi sub Christophori Freyvaldi, Dynastiae Millicensis Cancellarii auspiciis, causarum civilium administrationem in se suscepit. Postea Vratislaviam reuersus idem vitae genus elegit, atque inde Wolaviam anno M DC XXXIII. d. 26. Maji digressus, forensibus iterum negociis sese implicuit, idque tanto Clientum adplausu, ut in illa cimitate Lares figere, & d. 26. Maji anni M DC XXXVII. cum nobilissima Virgine, *Elisabetha Rosencranzia*, Casparis Rosencranzii, Reipublicae Haynensis Praeconsulis, & in eodem districtu Judicis Prouincialis, filia nuptias

con-

contrahere non dubitaret. Ex quibus trinam quidem sobolem, Joannem scilicet *Casparem*, Joannem *Henricum*, & *Christianam Casbarinam*, suscepit, breuissimo autem spacio florentes vidit: quum ex filiis natu major Wolaviae, alter Bregae, uterque infantiam vix egressus, sepeliretur, filia vero annos jam viginti & quatuor nata, contra votum parentis moestissimi Vratislaviae decederet, & Conjugis insuper sva visum d. 22. Decembr. an. M DC LXXIV. fato functae obitus viduum marito thorum relinqueret.

Istiusmodi calamitatibus domesticis pressum publicae etiam clades acerbissime adflixerunt. Primo enim Conjugii initi anno Ciuitatis Wolaviensis obsidionem primam expertus est, breui post alteram, eamque adeo lamentabilem, ut bonis omnibus exutus Bregam abire, ibique, licet exul, eadem tamen fortuna exceptus Vratislaviam remigrare cogeretur, quam patriam suam instar navigantium, qui horrendis in mari tempestatibus misere circumacti sunt, velut portum quandam anxie suspexit. Itaque ibi non nihil substitit, & Juridicae, quam vocant, praxi rursus indulsit quae ipsi Magnificos Amplissimi Senatus Vratislaviensis Patres ita conciliauit, ut eum anno MDCXLIV. in Collegium Advocatorum Ordinariorum adsciscerent; Celsissima vero Domina Elisabetha Lucretia, Teschinienfis in Silesia Ducatus haeres, in numerum Consiliariorum cooptaret: quam Spartam Ferdinandum Joannes Lichtenstainius, laudatissimae Ducis filius, ipsi denuo confirmavit. Accessit deinde novus honorum cumulus, quando Judicii Episcopalis Consiliarius, Ducalis Monasterii Trebnicensis Cancellarius, Excelsissimi Ducis Sylvii, Wuertembergico-Olsnensium Principis ad Conuentus Publicos, qui Vratislavia quotannis aguntur, Senator & Collega creatus fuit, ac intermedio insuper annorum cursu D. Jacobo Curlandiae Duci a Consiliis domesticis operam suam praestitit.

Inter omnia isthæc honorum officia magnam sibi apud Proceres Silesiæ auctoritatem comparauit, quæ tamen tanta ei visa nunquam fuit, ut declamationem forenses priuata vitæ deliciis anteferet. Quicquid igitur temporis negotiorum publicorum curis suffurari potuit, id omne Musis consecrauit, in quarum ocio vires sæpe fractas colligere, & virorum doctorum alloquiis vacare consuevit. Cujus rei dulcedo illum ita illexit fascinauitque, ut ab omnibus tandem muneribus sese abdicaret, & senectutis pedentim succedentis incommoda litterariis commerciis solari contenderet. Post ergo quam ex voto sibi redditus esset, ad libros rediit, & paternæ supellestilis schedas non tantum excussit, sed sua quoque Adversaria, quæ sedulo confecerat, in ordine redegit. Ex quibus ipsi natum est ingens volumen, quod (c) *Silesiæ-Poliographiam* inscripsit, in qua patriarum Silesiæ nostræ urbium origines & fata haud negligenter congessit; alius item *de Ducatum Silesiacorum Privilegiis & Immunitatibus* tomus; ac tertium quoque Opus, in quo

*Notas, Prejudicia & Obseruationes ad Statuta Vratislaviensia Profectus, et Synodiæ summæ Ordinarium*, compilauerat.

Primarius labor in *Theatro Prosopographiæ Melicæ* versabatur, ejus operis primas lineas Caspar Cunradus Parens duxerat; qui *Prosopographiæ suæ Melicæ tres (d) Millenarios* in lucem jam dudum emiserat. Vocabat autem *Prosopographiam*, quod virorum eruditione, fama, meritis illustrium memorias, tanquam imagines quasdam, posteris ante oculos sifteret, additis uniuscujusque diebus natalibus emortualibusque, & honorum, quos viui gesserant, titulis; *Melicam* vero dixit, quod elogia singulorum singulis distichis latinis breuiter complexus esset, in quibus, poesin a se insigniter excultam semper fuisse, luculenter ostendit. Et pater quidem Cunradus, inter alia poetici generis plura, ter mille litteratorum, aliosque magnæ dignationis viros stylo ligato laudauerat; filius autem

Joan-

Joannes Henricus noster veluti novus quidam Atlas parenti succenturiatus, *septem (e)* alios *Millenarios* Prosopographiæ adjecit, atque adeo Theatrum istud ad decimum usque millenarium adauxit.

Quanto labore, quot vigiliis labor immensus steterit, illi omnino pronunciare possunt, qui simile quid aliquando moliti sunt. Tot enim virorum illustrium dies natales, tot litteratorum patrias scrutari, tot millia elogiorum uno semper disticho includere, quis est, qui id inter molimina maxima referre ambigat? Neque adeo mirum mihi videtur, si in computatione annorum natalium humani aliquid sæpe passus sit (f) Amplissimus Auctor. Is enim, quantum in viribus positum erat, nihil eorum temere omisit, quæ ad perpoliendas tot annorum lucubrations perennere crederet: sed fefellerunt eum nonnunquam indices onomastici, quos sequebatur, & memoriæ quoque lapsibus interdum obnoxius fuisseprehenditur. Quod tamen Viro aulicorum negotiorum molibus obruto tanto minus vitio verti, aut acerbius exprobrari debet, si stupendum septem millenariorum numerum respexeris. Ex viventibus hercle, quos consuleret, duces amicosque sibi elegerat viros cordatos, & vel publica, vel priuata supellestile libraria ad hujusmodi institutum necessaria bene instructos: è quibus si paucos, & in illis Nicolaum Henelium, Andream Scnftlebbium, Jacobum Thomasiurn, Georgium Koenigium; Christianum (g) Daumium, Joannem (h) Gebhardum, Martinum Hankium, Henricum Muhlpfortum, Amosium (i) Comenium, Davidem Schindlerum, Henricum Alischerum, nominavero, satis me credo fecisse illorum quaestunculis, qui scire desiderant, quorum opera in euolvendis recentiorum natalibus adjutus fuerit. Id mihi etiam, quo facilius fidem inueniam, consultum visum est, quædam Epistolaram a B. Cunrado ad Gebhardum & Daumium scriptarum fragmenta ad calcem hujus elogii subnectere, ex quibus artissimus amici-

c3

tia

Intenerunt  
Volumina hæc  
in Silesiæ  
Poliographiæ  
in quibus  
a Henrico  
Cunrado  
et Synodiæ  
Vrab.

ſiſſi ( o ) ſiſſi  
tiae nexus, qui Gebhardum, Daumium, & Cunradum inter ſe invicem colligaverat, eluceſceret.


Cæterum quum hæc omnia bene haberent, atque Proſopographia ad umbilicum deducta eſſet, nemo ex librariis aderat, qui ad excudenda folia ſumptus ſuppeditare veller, licet Jacobo Thomafio (k) parario uteretur Cunradus. Graüter ea de re ipſe conqueritur, & hæc ſola cauſa eſt, cur deinde nono labori ſe accinxerit, atque ex decem millenariis Sileſios ſolos exſcripſerit, quorum elogia ordine alphabetico digeſta in ſpeciale Volumen redegit, *Sileſiæque Togata* titulo, inſignivit. Iſtud ſcriptum, ſi jocari pro more voluiſſet, *Ocium Lignicenſe* vocare poterat. Ad Lygios enim anno M DC LXXX. Vratiſlavia relicta (l) commigraverat: ſive, ut liberiorem illic quietem nanciſceretur; ſive, quod Gebhardus (m) in epiſtola ad Daumium conjeſtat, ut paternarum ædium, quas Vratiſlaviæ habebat, ruinam imitantium lapſum evitaret; aut inter amicorum quorundam amplexus tædia ſenectutis falleret.

Sed de his, quæ Lignicii cum ipſo acta ſunt, mea commentatione opus non habes, ad quem hæc ſcribo, præſtantiffime Schindlere. Ea fuſius tibi narrabit Parens tuus venerandus, quem ob inſignem doctrinam, patriæque hiſtoriciæ ſtudium, & verſus in ſuper elegantiffime condendi peritiã ſingularem præ aliis ſemper admauit Cunradus noſter. Credo etiam digniorem vix quidem fuſſe inuenturum, cui ſchedas ſuas in ultimæ voluntatis tabulis adjudicaret, niſi fato quodam litterario præventus, & a propoſito diſtractus eſſet. Neminem ſane unquam Famæ Cunradinæ fauentiorem vidi, quam Parentem tuum laudatiſſimum, & vel ſola, (quæ nunc in lucem proditura eſt) SILEſIA TOGATA, quam cum MILLENARIIS PROSOPOGRAPHICIS ex Lauernæ manibus parata pecunia ſedulo vindicavit, teſtis crit maximi ejus erga foetus Cunradinos amoris atque ſtudii.

At

ſiſſi ( o ) ſiſſi  
At enimvero quum apoplexiæ impetu ſemel (n) proſtrerneretur litteratiſſimus auctor, & maraſmus ſenilis accederet, rerum mox ſuarum quotidie negligentior fiebat, rudique cuidam mulierculæ, quam ultimæ migrationis ſociam Ligniciũ adduxerat, reculas ſuas omnes addixit: quo factum eſt, ut *Privilegiorum Sileſiacorum, Obſervationumque ad Statuta Vratiſlaviensium*, Volumina viliffimo fortalliſ precio in tabernis piperacciſ vendita fuerint, *Sileſi-poliographia* vero Vratiſlaviã deportaretur, & reliquis librorum adparatus neſcio in quorum manus deveniret.

Ita famæ quatiſſimæ, auctoritati certe priori, & commilitonibus (o) quos olim habuerat, omnibus ſuperſtes Cunradus, vitæ laborumque (p) ſatur, iterato apoplexiæ icu, lingua prius, mox vita intercluſa, anno M DC LXXXV. d. 24. Maji exſpiravit, quum annos LXXII. meſes ~~ſere~~ <sup>ſere</sup> viuendo expleuiſſet. Corpus exanime ſplendido funere ad Ædem apud Lignicenſes Petro-Paulinã (q) elatum eſt: in qua non tantum Reuerendus Pater tuus exequiãliem Orationem ex textu Pauli 2. Timoth. 2. 19. illi dixit; ſed cæteri quoque Sacrorum Antifites, & Scholarum Rectores lugubri- bus epicediis memoriæ Cunradinæ parentarunt.



Ad.





## Addenda.

a) Verba sunt ipsius Cunradi in Cippo funebri, quem viuis sibi ipse scripserat, quique sic incipit:

E G O

**JOANNES HENRICUS CUNRADUS**

*haud degener incola mundi, &c.*

Eo spectant etiam verba Epistolæ ad Daumium, d. 27. Jun. 1665: Vratislavia scriptæ: *Et ut cum pace Deorum amulum Patris me diceret ipsa posteritas, IV. V. VI. VII. VIII. & IX. m. Profopographia Melicæ Millenarium complevi, nec non ita pridem X. m. cum bono Deo auspiciatus sum, Theatrum ut extaret Reipublicæ litteraria. & in ultima epist. de anno 1681. Si non Patria, inuita tamen invidia fatebitur, me haud degenerem vixisse mundi incolam. Item in epist. ad Jo. Gebhardum d. 23. Nov. 1672. Deduxi interea temporis, (Deo sint gratiæ) ad umbilicum Silesiæ-poliographiam, quam sequentur pede preisso Priuilegia Ducatum utriusque Silesiæ. Opus tum lectu jucundum, tum scitu apprime utile, quo invita fatebitur inuidia, me non degenerem mundi incolam vixisse.*

b) Parentis vitam & scripta Filius Joannes Henricus sequenti epistola ad Joannem Gebhardum d. 21. Mart. 1665. hoc modo re-

scripsit:

**CASPAR CUNRADUS P. L. Cæs. Phil. & Med. D. & Reip. Patriæ Physicus Ordinarius**

*N. Vratislav. Siles. d. 9. Octobr. ß. v. A. C. 1571.*

*O. ibid. Pesse d. 11. Nov. A. C. 1663. æt. æv. 63. curr.*

*Ejus Liberi ex primo Conjugio*


*Cum Catharina Tilesta Fil. VIII. e quibus superstites*

**CHRISTIANUS, Illustrissimi Principis Oppavienensis Archiepiscopus & p. t. Rattiboriens. Physicus.**

**JOANNES HENRICUS, Illustr. Principis Olsnensis p. t. Consil.**

**CAROLVS FRIDERICVS, Pharmacopæus Teschbiniensis.**

Ex



*Ex secundo Conjugio cum Barbara Jacobæ,*  
**BARBARA CHRISTIANA, Jo. Kinnersi vidua.**

*Ex tertio Conjugio*

**CHRISTOPHORVS, Cuius & mercator Regiomontanus.**  
**ANNA MAGDALENA, Nubilis.**

*Ejus libri editi*

1. Psalmodie Davidicæ Metaphrasî Poeticæ, in qua singulare carminis genus, sine omni elisione, legitur.
2. Profopographiæ Melicæ Millenarij III.
3. Theatri Symbolici Centuriæ X.
4. Præteritum Evangelicum, in quo fragrantissimi Evangelicorum, cum dominicalium, tum festivorum, a nonnullis veteribus, præsertim auctoribus, scripti, seu impressi, Cæs. Cuius amplexu Cæs. Evangelicæ Præteritæ, Evangelicæ Cæbinæ Germanicæ
5. Lycophron.
6. Anagrammatismorum Decades IX.
7. Mnemata Joanni Jungmanno facta.
8. Parodie Horatiane.
9. Strena Natalitia.
10. Problema Physico-Medicum: possit ne homo aliquot annis sine cibo vivere? metricum.
11. Threnodia, de tristissimis seculi hujus plusquam ferrei calamitatibus.
12. Calumnia, carmine heroico adumbrata.
13. Nania Christophoro Mettrigio oblata.
14. Hecatombonia Victimæ musicæ ex uno distribto.
15. Lausus super obitu Friderici a Gelborn.
16. Expeditio Argonautica.

*Nondum editi,*

1. Practicæ Medicinalis Tomi IV.
2. Epigrammatum Sacrorum & Symbolicorum; Basilicorum; Basilorum & Amorum, Manalium & memoraliû; Miscellaneorum Libri X.
3. Laurea Poetica.
4. Profopographia Melicæ Episcoporum Vratislaviensium, post v. Gbn. de Med. Hist. Sil. Ser. Ap. 2. n. 6.

4. Curriculum vite ipsius Chronodist. &c.

e) de illa in Epist. ad Daumium Vrat. d. 21. Jun. 1677.

Silest-poliographiam pariter adornavi ad typos, modo mihi fautor commendatorque contingat. Communicavit eam auctor cum Friderico Lucae an. 1673. Quae Manuscripta volumina post ambas aliquot in manus Amplissimi & doctissimi Viri, Dan. Riemeri, J. V. D. & Syndici Vratislaviensis grauissimi peruenerunt. Vide Praefat. nostram ad Silesiographiam Henelianam.

d) In Epist. ad Daumium d. 27. Jun. 1665. Pientissimi Patris priores III. Millenarios Profopographia Melice typis jam excusos, & emendauit, & auxi pluribus in locis: imprimis Gulielmo a Quercu, dicitur: *εὐνοίας ἰσὺν tale velim apponas:*

Equerui data sunt quondam praesagia: quid si  
Vaticinans ita agat pectus Apollo meum.

Item in Epist. ad Gebhardum Vrat. d. 4. Nov. 1676.

Ceterum ne Tibi, mi amice, rerum mearum quid clausum sit, scias me praedicti Theatri priores tres millenarios, (tutius licet intra Vesta penetrabilia latuissent:) sine ulteriore mora & onere sub praesalum missurum,

Si parcant anime fata superstiti!

Reliquos septem ad umbilicum iam deducetos, uti & Mantissam, promoueat Posteritas (si Deus velit!) grata.

e) Conf. not. (a) & (d) In Epist. ad Daumium Vrat. d. 21. Jun. 1677. Profopographia meae Melice Theatrium, X. Millenariis constans, Deo sint gratia, ad umbilicum quidem deduxi, ansam tamen nonnihil mutauit. Ac modo Typographi animus meo se adaptaret, lucem, (si meretur) breui adspiciet.

f) de nauis in opere Cunradino obuiis alio tempore sermonem instituemus, nec vota ciuium quorundam frustrabimur,

g) Cum Christiano Daumio litterarum commercium habuit Cunradus noster ab anno 1665, ad 1681, & quidem Joanne Gebhardo.

do, qui Gymnasii Elisabethani apud Vratislavienses Con-Rector & Bibliothecarius erat, parario. Prima epistolarum hujus tenoris fuit:

Salutem & officiorum promptitudinem.

Μεγίστην ἔσσημ CL. & Excell. Vir, Dn, & Fautor admodum honorande, si non exocularer tam beneuolum & plane singularem tuum in me adfectum. Προνταγματικῶν adscribas velim Patri meo,

Quem solum cecinit Phoebi cortina beatum;

Secundariam ut apud te obtineam, voti mei caput est & summa. Ad instantiam CL. nostri Dn. Gebhardi sitis vestram pro virili mea, ut opinor, nec & meam desistis explere pulcerrime. Promissis Musticis palato meo suauissime videntibus, ingentes habeo gratias, & ecce! ἀντίδοπον, utinam ἀνασποῖ! Numerantur, modo aequi bonitae consulas, huic fasciculo inclusa γεγραμματα.

1. Casp. Cunradi Evangelicar. Lat. German. Ogdos.

2. Ej. Lemmatis Symbolici Centuria X.

3. Ej. ad Fridericum I. Reg. Bohem. decermina vota.

4. Ej. Homagiologia.

5. Ej. Bucreadum Miscella, pro Strena A. 1607.

6. Ej. ad D. D. Bucretium Strena A. 1608.

7. Ej. Exequiae Bucretiana.

8. Ej. Exequiae Hobergiana.

9. Ej. Strena Natalitia ad Carolum L. B. a Zerotin.

10. Ej. Effigiei Inscriptiones.

11. In Ej. et. an. LXIII. Votiuu acclamationes.

12. Ej. Epithalamia II. Coniugii.

13. Ej. Epithalamia III. Coniugii.

14. Ej. Barbarae Jacobeae II. uxoris Ara Manalis cum ipsa Appendicula.

15. Ej. Ara Exequiales.

16. Godofredi, Casp. Fil. Epicedia.

17. Christiani, Casp. Fil. Sitten-Gesprach.



**R. Jo. Henrici, Cassi. Fil. Juveniliam aliquot.**  
 Reliqua MS. mea, tum Poemata, tum Sermones & Epistolas; ut &  
 Notas Privilegii ab Imp. S. P. Q. Vrat. benignissime concessis, &  
 Praejudicium quam plurimis illustratas in ordinationes & Jura Pa-  
 triae Municipalia longo usu collectas, & in ordinem ad usum redigen-  
 das, intra Vestrae penetrantia virus referens. - - - Partus a Pa-  
 rente meo Macarita superiori seculo editi, vix ac ne vix quidem in  
 nostris hic bibliothecis reperiantur: non editi, ut lucem successive  
 aspiciant, omnis in hoc sum. Pertinax in valetudo mea, & gemina-  
 tus aegrotus, adfectus animum calamumque retrahit moleste ni-  
 mis; absit tamen quin desperem, ut volente Deo aspirarem.

**Huc spectat Epicedium in funere Marthae Daumianae scriptum.**

**O Deus!** harmonia cor idem quos junxit amica,

Mors fera se junxit diuisione truci?

**Est ita:** Martha cadit, tua Conjux, optime Daumi:

Et sobrici & critici luxque jubarque chori.

**Martha cadit dolor o!** fatone moueris isthoc;

Qui pariter fati cogeris ire viam?

**Absit:** in hoc uno tua Martha triumphat amore,

Quo tecum rursus viuat, ouetque polo.

**Ergo sorte tuae gaude, vir Candide, Marthe,**

Cui praesens seclum tale noema parat:

**Vna Dei cultrix, cultrix fuit una mariti,**

Quamque dedit fidam soluit utrique fidem.

**Carpit nunc fidei, dum morte soluta, soluta**

Premia dia polo, praemia viua solo.

**Item ex Epist. ad Gebhardum d. 15. Jun. 1674.** Pro transmissis Epi-  
 thalamis Daumianis ingentes ago gratias. Neonymphum Clariss.  
 meo nomine salutes, queso, officiosissime, & in canentem roneptor, sum  
 elegantissimo nequam concluderem:

**Annulus ut sponsa spondente ab amante daretur**

Moris erat, vetus hoc pignus amoris erat.

**Annulus a sponsa potius pro pignore sponso**

Donetur, digitam porrigat ille suum.

**Vltima Cunradi ad Daumium epistola Lignici 1681.**

**Auspicium felix, medium felicis esto,**

Exitus atque noui sit felicissimus anni!

**Ex tuis ad Cl. Schindlerum datis Cl. & Excell. Vir, Dn. & Factor pl.**  
 honorande, honorificam nominis mei mentionem, non nisi cura soler-  
 rissima formula gratiarum actionis accepit. Tux igitur amicitia fi-  
 dem & exosculor, & ut indies magis magisque crescat, voti mei ca-  
 put est. Lique patriam ex rationibus sane pregnantissimis, quas si re-  
 ferrem, dies me prius desicret, quam materia, Omnia tibi ago, &  
 nisi in litteris viuere, ne quidem viuere. Opera mea, tum Prosopo-  
 graphicum, tum Siletopoligr aphicum, mirum frigent. Nummaria  
 difficultas, virumque mearum debilitas cogit me secerem acquirere, &  
 ocium in collocare; in Leges vero peccare nolo, potius cum nostro Pom-  
 ponio illud unice amplector: etiamsi alterum pedem in tumulo habe-  
 rem, adhuc tamen addiscerem. Si non Patria, quita tamen inuidia fa-  
 rebitur, me haud degenerem dixisse mundi incolam. Communis noster  
 Gebhardus, prout ipse scribit miserimus est Artbriticus, & d. hinc  
 Clinicus. Meretur mehercule coronam Martyram. Cateri, quos  
 Brestle noui amicos, prope stant, estque CANDOR, ( per anagrammam  
 CONRAD ) in hoc auro res inter mortuae pane! Quid tam? Vita e-  
 runt, donec homines. Animus nihilominus sapientis talis est, qualis  
 mundi status supra humanam, semper illic serenum est. Plura ne cupis.  
 honoratissime Coat anee? Nihil nisi cordis tui viuam, ut cum D. f. f. f.  
 & Liberis Cetus mortalium quam diuissime intersis, exallego: ad  
 die XXIX. mensis Martii, ( qui tibi per anagramm. facer fuit, )  
 per quam plurimos videas aut unum!

Hoc precor, hunc illum nobis aurora nitentem

Luciferum roseis candida portet equis!

In quo felici omine desino, teque denuo χαίρω καὶ ἐμπεπτωω jubeo voveoque. Dabam Lignicii, tumultuario tum calamo, tum animo parum defecato, d. XXV. Jan. sub ipso festo Conversionis Pauli, quo Autographum tuum fugituo lustravi oculo, calamum protinus sumsi, meque adfectui tuo centies millesies insinuare volui. &c.

b) de Cunradi cum Joanne Gebhardo amicitia res notissima est. Paulo antequam Vratislavia Lignicium discederet, id distichon ad eum misit:

CANDOR in hoc auro res intermortua pax;

Ne totus moriar, clare Gebharde, veni!

γ) In Epist. ad Daumium d. 20. sept. 1669. ita:

Coronidici loco & illud scias, me non ita pridem a Comenio, spectata doctrina & eloquentia viro, annum jam atatis sue LXXVIII. agente Amstelodamo litteras accepisse, indices tenerrimi erga me amoris, cui me immensum debere profiteor.

k) Epist. ad Gebhardum d. 23. Nov. 1672. Theatrum Prosopographia mea Melica, X. Millenariis constans, Proxenetæ Excell. Dn. Thomasio, lucem jam adspexisset, nisi e transverso occurrissent nonnulla obstacula, de quibus Viri honorifice prefati expecto judicium. Item ad eundem d. 15. Oct. 1674. Theatrum Prosopographiæ meæ Melicæ jam pridem lucem adspexisset, nisi pręgnantes difficultates me ab illius editione repressissent. Excell. Thomasius hujus causâ multum egit, cui ingentes sint gratiæ.

l) Luit in migrationem hanc suam seq. disticho.

Bresla vale, valeant charissima busta parentum,

Lignesium salve Funeris urna mei.

Jo. Gebhardus in ultima ad Daumium Epist. Cal. April. 1680.

Caterum novi quod scribam, nihil mihi pro tempore est, nisi quod

nobilissimus Dn. Cunradus, amicus noster communis, adibus suis paternis venum expositis, aliis vero Lignicii conductis, abitum jam ex urbe patria parat, fata sua expectaturus Lignicii in hac sua senecta. Causam prætendit onerum publicorum frequentiam, ad qua serenda obligantur etiam hic Vratislavia Viri docti, si proprias suas habeant edes: paternarum deinde adium ruinas minantium pericula, & alias insuper lenioris momenti causas. Itaque studia ejusdem jam plane interrupta jacent, ut vehementer inde verear, ne ipsius jucundissimi aliquot annorum labores plane debinc futuri sint irriti.

n) Immo non semel, sed aliquoties. Sic enim ipse jam anno 1665. ad Daumium scribit: *Pertinax inualetudo mea, & geminatus ἀνωπλιξίας adfectus animum, calamumque retrahit moleste nimis.* Hinc sæpissime litteras ita finit: Dabam tremula manu, sed mente prorsus infracta e dormitorio meo Vrat. d. 25. Sept. 1675. Dabam tumultuario calamo, animoque quidem infracto, sed manu tremula, e museo meo Vrat. d. 4. Nov. 1676. Dabam tremula manu, sed animo prorsus infracto. Vrat. d. 7. Mart. 1679. Accedebant dolores calculi, de quibus ita: dolores calculi doiores esse parturientis expertus loquor. Plures edidi partus, infirmos tamen & nimis informes. Vrat. 23. Nov. 1672.

o) In primis Gebhardi sui, qui an. 1681. obierat.

p) Patet ex curriculo vitæ, quod ita finit:

QUIPPE NON EGO, SED MISERIA MEA MORITVR.

q) In qua ipse anno M DC LXXXIII. Dominica VIII. post Festum S. Trinitatis solemnî formula Augustanæ Confessionis Articulis subscripsit, & Sacræ Synaxi Evangelicorum publice interfuit, quum antea Reformatorum partibus addictior esset.



MELCHIOR AGRICOLA, P. L. Philologus, & Illustr.  
Gymnas. Rosenberg. Rector.

Felicem arguti Te carminis esse Magistrum,  
Immixta hinc atque hinc falsa, Salesque probant.

(N. Lubenae Sil. Patre Michael, Glogoviens. Pastore & Decano  
Lubenenf. Matre Estheri Kesleria, VVratisl. 27. Martii An.  
1581. Calagius. *θ. clar. Ed. Scr. 1614.*)

STANISLAUS AICHHEUSER, Ducat. VVrat. Scabi-  
nus Provincialis.

Nobilis es Genere & Genio Stanslae, Tuæque,  
Posteritas ait id, fida columna Domus.

(*θ. VVrat. 6. Augusti. An. 1592. ætat. an. 84. Polius in MS.*)

STANISLAUS AICHHEUSER à Leonhartvitz, in Protſch,  
VVeida & Lilienthal &c. S. C. Mtris. Consiliarius, & Collegii  
Senatorii VVratisl. Præfes.

Posthabitis propriis, Patriæ servire voluptas  
Una fuit, Vitæ dum fuit aura mihi.

(N. 15. April. An. 1582. Fit Senator 13. Febr. An. 1619. *θ. VVrat.  
27. Febr. hor. 6. vesp. An. 1643. æt. an. 61. off. 24.*)

CHRISTOPHORUS ALBERTUS, Eccles. Elisabetan.  
VVrat. Diaconus.

ALBERT, Valentin  
v. gub. reg.

Culta Bolesla dedit Patriam mihi, Bresla Minervam;  
Lipsia Theologiam: Bresla Ministerium.

(N. Boleslav. An. 1563. *θ. VVratisl. Cælebs 11. Septemb. An. 1608.  
ætat. an. 45. Minist. 10. Polius.*)

CHRISTIAN-BENJAMIN, Christoph, M. D. Fil. ALBER-  
TUS, Ill. Fr. Christiani, Lign. Bregenf. & VVolvav.  
Consiliarius.

Heon. Albert 1766  
vidu. anal. primam  
Episc. 1699. 20. Sept.

Claret Apollinea Pater inclutus Arte: minus non  
Natus ab Astræa laudis agalma tulit.

Adrianus Albertus fil. Christophorus of Cancellarius Brandenburg.  
v. gub. reg.  
Natus at Astræa circa 1630. + 1690. *an. 77. Cæsari. v. Profpogr. M. H. 1. p. 8*

(Nat.

10. JACOBY Med. D. Nat. Cur. & Scl. i. her. 17. 8. 1692.  
\* Georgius Helmsus, cogn. Muscipula, Francop. K. Phil. M. d. r. omni gl'ia. qui gl'ia. pro-  
p. 1614.

Insp. ibidem vocatus, VVittebergæ SS. Theol. Doctor re-  
nunciatus est. *θ. A. 1689. d. 5. Maji Vratisl. v. l. c. a. Pank.*

M. MELCHIOR ADAMUS, P. L. & in Acad. Hei-  
delbergenf. P. P. Illustris ap. Heidelberg.  
Pedagogii Rector.

Quei moriar, per quem tot vivunt nomine Manes?  
Vivi etiam ut vivant post sua fata, dabo.

ADAMUS, Jo. v. gub.  
An.  
ADAMUS, Henr. v. gub.  
An.

(N. Grotkovia. Clar. Ed. Ser. An. 1616. *θ. Heidelberg. catharro  
ex capite ad thoracem destillante 13. Martii, hor. 8. matut.  
An. 1612.*)

SAMUEL AFF, in Sagevviz, Illustris. PPrr. Mon-  
sterbergenf. Consiliarius.

Hospitium mihi Bresla, mihi dedit Olsna Tribunal;  
Est hinc consilii utraque jura meis.

(N. Francofurt. cis Viadr. An. 1567. *θ. VVratisl. 29. Novembr.  
An. 1617. ætat. an. 50.*)

JOHANNES AGRICOLA, Phil. & Med. D. Reip.  
VVratisl. Physicus.

Sunt mihi communes tecum, Theophraste, labores;  
Quidni communis surgat honoris Honor?

(N. Naumburgi, in Superior. Palatinat. 11. Martii hor. 12. noctis.  
An. 1590. C. E. S. *θ. VVratisl. 1. April. An. 1668. ætat. an.  
78. off. 25.*)

JOHAN. JACOBUS, Joh. Leonhard. sen. Fil. AGRICO-  
LA, U. J. D. Reip. VVratisl. Syndicus.

Lipsia natales mihi confert, Breslis Honores;  
A Themide & Musis gratia tanta venit.

(N. Lipsiæ d. 24. Febr. An. 1597. *θ. VVratisl. 23. Febr. An. 1663.  
ætat. an. 66. off. 10.*)

M. d. Xpian. Agricola, fil. circa 1628. 1666. v. Agricola

MELCHI-

Jo. Gu. Agricola P. B. et Med. D. f. v. v. Cæsar. C. i. v. d. Prof. Medicus.

(Nat. VVrat. 12. Mart. an. 1642. θ. Bregæ 12. April. an. 1607. æt. an. 55.)

CHRISTOPH. ALBERTUS, Phil. & Med. D. Com. Palat.

*Adrian. Albarina*  
Cæs. Eq. Aurat. P. L. & Illustriss. PPr. Olsnens. Archiater & Con-  
(9. Vratisl. 3. Januar. An. 1534. off. Senat. an. 19. Pol. in MS.)

**JUSTINUS JOSEPHUS**, prius Judicii Secularis in Insula D.  
Johannis Vrat. Cancellarius, deinde Illustriss. PPr. & Stat. utriusque Sileciæ  
Syndicus Provincialis.

Justitiæ cultor Justinus, & artis amator,  
In Themico & Nomico claruit usque foro.

(N. Lignicii 7. Januar. An. 1596. b. Vrat. 8. Junii an. 1658. ætat. an.  
63. current.)

JO-

**JOHANNES JUNGMAN** a Cassel, Fiduciarius in Wilken &  
Heinsdorff, Ducat. VV. Volavientis.

Commendant socios Musæ, comitantur, aluntque;  
Perfenti hoc oris Haffus in Elysiis.  
(9. An. 1603. ætat. an. 50. circiter.)

**M. JOHANNES JUNGNIUS**, Logices in Academ.  
Heidelbergens. P. P.

Quæ reliquas firma ratione examinat artes,  
Ars Myrtillifera docta ea in urbe mihi est.  
(N. Vratisl. b. Heidelbergæ 27. Januar. An. 1588. æt. an. 38. Joh.  
Fabricius. N. Polius.)

**M. SAMUEL JUNIUS**, prius Scholæ Soraviensis, deinde  
Zittaviensis Rector.

Junius argutum juvenes docet edere carmen;  
Hunc ipsum carmen fingere quale putes?  
(N. Suibufii 28. Maji An. 1567. ex Andr. Calagio, Nic. Polius. 9.  
Zittaviae.)

**JOHANNES a KALCKREUT** in Karoschen &c. Illu-  
striss. Pr. Wûrtembergico-Olsensenf. Consiliarius.

Ars, Areteque, Ducis mihi contribuere favissam;  
Indemei Generis lampas honora fui.  
(N. in agro Peruschen 2. Julii An. 1603. b. in prædio suo Karo-  
schen, 6. Sept. an. 1657. ætat. an. 54. Orat. fun.)

**CASPAR KARAS**, a Rhomstein, Ph. & SS. Th. D. Ec-  
cles. Cathedralis Vrat. Canonicus, Olomucenf. Præpositus, &  
Archiducis Consiliarius.

Charus erat Karas Charifin, Sophia, Eugeniæque,  
Vifurus Breslam desuit esse super.  
(N. Ujeitz, Oppolienf. Ducat. oppido, An. 1591. b. Vratisl. 6. Ja-  
nuar. an. 1646. æt. an. 55. Epitaph.)

\* Huc referunt  
Georgius KALCKREUT, H. KARAS, fil. J. V. D. T.  
Johannem KARAS, Sinc. fil. an. Vratisl. H. C.  
et Wencesl. KARAS, v. KARAS, a meo. C. 2.

ADA-

Jo. Jordan, Eccl. Bern.  
ap. P. Bincing.

Frib. KALCKREUT  
Sinc. Ab. 2. et. ad  
Cur. H. C.

**ADAMUS a KARNITZKY**, in Pavischlave, Illustriff.  
Pr. Olsnenf. Confuliarius, & Territorii Trebnicenf. Judex  
Prcvincialis.

Trebnicio fueram legum Lex viva popello;  
Dotesque Ingenii perplacuerè Ducì. *Profopogr. Noll. p. 89.*  
(N. in agro Pavischlave 5. Dec. An. 1568. & ibid. 20. Dec. an. 1630.  
at. an. 62.)

**ESAIAS KEHR**, Phil. & Med. D. & in Patria  
Practicus.

Pharmaca Pergamei mihi visa fuere, Coique;  
Visa sed in mortem nulla fuere mihi.  
(N. Vratisl. mens. Januar. An. 1584. & ibid. 25. Febr. an. 1610. at.  
36. Pol. in MS.)

**ANDREAS KEPPICHIUS**, Chemnicenf. Schol. Du-  
cal. Olsnenf. Rector, Poeta.

Quos Schola det fructus, Keppichia penna figurat,  
Quæ mire in Melico delitiatur agro.  
(Clar. edit. Scriptis. S. Olsnæ 20. Maji an. 1601. Epigraphe.)

**JOHANNES KEPPICHIUS**, P. L. prius Scholæ Patriæ  
Rector, deinde Curie Senator.

Me Cato Christjanus, sacrorum & carmina Amorum  
Civibus adscribunt, Phoebe diferte, tuis.  
(N. Olsnæ 20. Febr. An. 1573. Clar. ed. Scr. & in Patria 7. Dec. an.  
1631. at. an. 58. Pol. in MS.)

**M. BARTHOLOMÆUS KERNIUS**, Scholæ Ducalis  
Lignicenf. Rector.

Mella dedit, nucleosque dedit, dulcesque placentas  
Kernius, Aoniæ condus amansque rei.  
(N. Pravitadin mens. Majo An. 1572. S. Lignicii 10. Junii an. 1637.  
at. an. 65. off. an. 39.) Ser. Or. de summo beneficio facte. orn. h. h.  
endi. scholas et institutiendi juvenutem a anora & schola dignitatis  
doctrina et disciplina ab. 1612. edita

CASPA

**CASPARUS KESELERUS**, Ecclesiæ Liebenthalienfis  
Pastor.

Nasceris in pratis, in Amoris valle quiescis;  
Os Evangelium, eor tibi JOVA fuit.  
(N. Schönoviæ 10. Maji An. 1565. S. Liebenthalii 21. Maji an.  
1634. at. an. 69.)

**CASPARUS KESELERUS**, Ecclesiæ Marian. Ligni-  
cenf. Pastor, Consistorialis, & Ducatt. Lignicenf. & Wolavienf.  
Superintendens.

Editoris hujus Libri ex Matre Atavus.

Theologiæ Keselerus amor, Ligixque Cathedræ  
Claror, ô in laudes vixit, IHOVA, tuas!  
(N. Schönoviæ Reg. Civitat. 2. Junii An. 1593. C. E. S. & Lignicii  
14. Dec. intr. hor. 2. & 3. matut. an. 1662. at. an. 70. minus  
septiman. 24. Oratio funebr. Epitaph.)

**DAVID KESLER**, Senatorii Ordinis in Rep. Patr. Senior,  
Præfectus Namslavienfis.

Tu Patriæ, præclare Senex, cum laude præibas;  
Dignus, Adrasteam porro juvare, fores.  
(N. Vrat. 23. Junii S. V. An. 1533. S. in Patria 24. Jan. S. N. an. 1611.  
at. an. 77. m. 8. d. 1. off. 39. Pol. in MS.)

**JOACHIMUS KESLER**, Reipublicæ Patriæ Vratisl-  
lavienf. Senator.

Mater & Natus dolor! una luce sepultri;  
Illa Parens inopum; Juris at isthic amor.  
(S. Lignicii 15. Novemb. An. 1539. at. an. 67. off. 3. Polius in  
MS.)

**M. ADAMUS KESSELIUS**, Theologus & Mathema-  
ticus, ad Sanct. Cruc. Wrat. in Insula Canonicus.

Ed. Conciones po-  
nitentes, quæ in  
scriptis sub g. h. s. s.  
s. s. et Catalogum  
Patriæ Lignicenf.  
C. d. P. h. s. s. s.  
et Mariane



Lumine, quæ sursum, cælestia lumina vidi;

Astra animum astra super ipsam habuere animam.

(N. Wolaviz, Stephano & Elisabetha Biberia, Parentibus, 16.  
Augult. An. 1546. Calagius, S. Vrat. 6. Nov. an. 1606. æt. an.  
60. Epitaph.)

*Wenc. KHAL. gr. sep.* JOHANNES KHEIL, Vratislavia-Siles, Med. D. & in  
Patria Practicus.

In Chymicis mea cura fuit, mea summa voluptas;

Hinc operæ, hinc igni parcere, nullus eram.

(S. in Patria 15. Julii An. 1622. ætat. an. 36. Polius in MS.)

M. MATTHIAS KHEIL, Eccles. Glacensis Pastor,  
& reliquar. Inspector.

Kheili, tu vates inter nunc carmine vivis;

Pestem Musa canens, ne moriari, facit. *Prof. pogr. Mill. 11.*

(N. Francosteinii d. SS. Pentecostes An. 1572. Succ. fuit in Ministe-  
rio Georgio Tschentfchnero. Clar. ed. Scr. An. 1622. occu-  
pata Civitate, coactus fuit cedere cum omnibus sui ordinis,  
ut & Scholæ collegis, æt. an. 50. Pol. in MS.)

ALBERTUS KINDLERUS, a Zackenstain, Consilia-  
rius Cæsareus, & in Marchionatu Lusat. Infer. Can-  
cellarius.

Syndicus hic Patriæ, Divi post Consiliator  
Cæsaris, ah! acti hoc suave laboris epos.

(N. Hirschbergæ. Hujus Conjunx Charitas Tiesia, Avi mei ma-  
terni, M. Melchioris Tiesiti, Soror Germana. ß. Pragæ 30.  
Mart. An. 1573. Kindlerus vero in viduo toro S. Henelius.)

FABIANUS KINDLERUS, senior, Phil. & Med. D.  
Poliater Vratislaviensis.

Me quoque Bresleos inter pia Fama Medentes  
Quod numerat, Coi est causa propinqua mei.

(S. Vra.

(ß. Vratisl. 19. Januar. An. 1561. ætat. an. 90. Polius in MS.)

FABIANUS, Fabiani Fil. KINDLERUS, a Schotvitz in Bisch-  
kovvitz, Ul. J. D. prius Reip. Patr. Secretarius, deinde Syndicus,  
denique Cameræ Imperial. Silesiacæ Con-  
filiarius.

Diva Themista gradus varios mihi fecit honorum;

Maximus illorum est, Maximiliane, tuus. *Prof. pogr. Mill. 12.*

(N. Vratisl. 21. Julii An. 1515. S. Suevus. Succesit in officio Secre-  
tariæ. Stephano Heugelio, 13. Mart. an. 1538. S. Vrat. apo-  
plexia, 14. April. an. 1572. ætat. an. 57. Nicol. Henelius. Nicol.  
Polius.)

M. JOHANNES KINDLER, Ecclesiæ Javoriensis  
Pastor.

Vera docens, & vera videns, & vera professus,

Stans cathedra summi principis instar obit.

(N. Leobergæ. S. ibid. apoplexia in suggestu tactus 24. Octobr.  
An. 1604. ætat. an. 75. septiman. 17. off. 49. Polius in MS.)

DANIEL KINNER, Reip. Patr. Senator, Ædis ad D. Barbar.  
Curator.

In me simplicitas animi & mens conscia recti,

Hæcque Ministerio semper amica fuit.

(N. Vratisl. Cunradorum Vrat. Familiæ necessarius. ß. in Patria  
10. Maji An. 1558. æt. an. 64. mens. 9. d. 14. off. 24.)

M. MARTINUS KINNERUS a Scherffenstein, in Wilsag  
& Lodeniz, prius in Acad. Witteberg. Poet. & Historiar. P. P.  
deinde Archigrammateus Leobschützienfis, Musi-  
cus & Poeta.

Musica, Musa, Themis, Famæ me nomine mactant;

Eugeniæ hinc veniunt splendida signa mea. *Prof. pogr. Mill. 1.*

(N. Leobschützii. Clar. ed. Echo Cervimontana, de Cruce Christi  
1620.)



& Ecclesiae. S. Catarrho suffocativo in itinere, hor. 2 pomerid. in agro Baumgarten, dimidio milliari a Francofeiniis, 24. April. S.N. An. 1597. atar. an. 63. Polius in MS. ex Buchole. & Bilovio El. Reufnerus.)

*Qua Summo in S. Samuel, Danielis Frater, KINNER, Wratislaviae, Sil. Med. D. prius in Patria Practicus, deinde Illustris, Pr. Ligio-*

**SAMUEL**, Danielis Frater, KINNER, Wratislaviae, Sil. Med. D. prius in Patria Practicus, deinde Illustris, Pr. Ligio-  
Bregensis Confliliarius & Archiater.  
Bresla mihi cunas, thalamum, praxinque benignam;  
Brega dein munus contulit, & tumultum.  
(S. Bregae 10. August. An. 1663. at. an. 65. curr.)

**CASPAR KIRCHNERUS**, P. L. Sacr. Cæs. Mts & Illustrif. Pr. Lignicenf. Confliliarius.

Quod laudem meritis, te laurea dia coronat;  
Hoc tali noster gaudet honore labor.  
(N. Boleslaviae 31. Decemb. An. 1592. S. Lignicii 19. Junii An. 1627. at. an. 35. curr.)

*Primo loco, post R. M. Georgius Kirstenius, Illustr. Pr. Monstergo-Berolstadtienfis Conceionator Aulicus, & Olsnenfis Presbyterii Senior.*

**GEORGIUS KIRSTEINIUS**, Illustr. Pr. Monstergo-Berolstadtienfis Conceionator Aulicus, & Olsnenfis Presbyterii Senior.  
Spernit vulgares gemmas, cimelia legit  
Kirstein, Theologici gemma corusca chori.

(N. in pago Polnisch Weda / Districtus Nilsensis, 26. Octob. hor. 7. vesp. An. 1588. S. Berolstadtii 6. August. An. 1638. atar. an. 50.) Ep. ad iunctis f. Pro-pastor fuit Mich. Forstera Nicol. eloquentif.

**MICHAEL KIRSTEINIUS**, Ecclesiae Smollenfis Pastor, Ministerii in Ducatu Olsnenf. Senior, Theologus & Poeta.

Biblidis ima fuit tibi cura, secunda Poefis;  
Hinc tibi perpetuum laudis aroma virer.

(N. Bregae 2. Julii An. 1592. Clar. ed. Scr. Vixit An. 1663. at. 71.)  
*Michael KIRSTEINIUS, Mich. Sil. Philof. et Med. D. et Gymn. Hamb. Praecept. P. P. v. 1620. 25. Jan. Denora. Morax. Quatuordecim. Sept. 1679. 2. Mart.*

**PETRUS KIRSTEINIUS**, Ph. & Med. D. prius Gymnaeji Patrii Elisabethani Rector, & reliquar. Scholar. Inspector, deinde Academ. Upsalienfis in Suecia Medic. Facultat. P. P. & Archiater Regius.

Quae Schola, qua Cons mihi contribuere brabea,  
Firmavit folido nomine noster Arabs.

(N. Wratisl. Petro. & Martha Simonia, Parentibus, 25. Decemb. int. hor. 2. & 3. matut. An. 1577. Calagius. Clar. ed. Scr. Arabicis, & aliis. Draud. S. Upsaliae Suec. 5. April. An. 1640. at. an. 63. curr. Nicol. Henelius.) P. P. 26x.

**HIERONYMUS KISWETTERUS**, Silefius, J. C. Elector. Saxon. Cancellarius.

Et Jus constitui rixis finemque popelli;  
Hoc merito Myfius nunc quoque vivo meis.  
(Flor. sub Augusto Electore. Henelius.)

**CASPARUS**, L. B. a **KITLITZ**, in Malnitz, Confiliarius Cæsareus, & Ducatus Glogoviensis Praefectus.

Sim Baro, Glogani sim prima columna Ducatus;  
Mi doctrina magis, Jusque piumque placent.  
(Clar. An. 150. Polius in MS.)

**MARCUS**, L. B. a **KITLITZ** &c. Ecclesiae Cathedralis Wrat. Decanus & Canonicus.

Gloria ut est haeres justo contermina virtus,  
Sic niti his unis mens mihi sola fuit.  
(S. Wratisl. in Vigilia D. Nicolai An. 1579. Epitaph.)

**M. VALENTINUS**, Urbani Fil. **KLEINWECHTERUS**, Gymnaf. Mar. Magdaleni VVratisl. Rector & P. P.

Fausta dies Sophiae dum vasto te dedit orbi;  
Cor merito Sophiae diceris esse Sophis.

*Carolus L. B. Kirstenius, Johannes a Kirstenius, v. Henrich Sig. Kirstenius.*

*God. KANNIG, Med. D. Nat. Cur. V. Archiater Cæs. et Poliat. Vr.*

*N. in pago Leutmansdorff, Ducat. Suidnicenf. 1. Decemb. die  
Sophia An. 1607. C. E. S. θ. VVratisl. 29. Jan. An. 1661. et  
an. 54. curr.)*  
**M. URBANUS KLEINWECHTER**, Pastor  
in Leutmansdorff.

*Nomine hic erravit, nomen tibi qui dedit isthoc,  
Microphylax dixit, Macrophylax voluit. Profopogr. Mth. II.*  
*(N. Landshuttæ 4. April. An. 1570. θ. Leutmansdorpii, Ducat.  
Suidnic. pago. 4. Aug. An. 1619. at. an. 49. menf. 4.)*

**HIERONYMUS KLOPPERUS**, Ecclesiæ Berol-  
stadiensis Pastor.

*antea pastor in Mth. II.*  
Commissum, bonitate tua pie **CHRISTE**, subegi  
Munus, & errantem duxi ad Ovile gregem. *Profopogr. Mth. I.*  
*(N. menf. Februar. An. 1515. θ. Berolstadii 12. Martii An. 1593. at.  
an. 78. current.)*

**EUSTACHIUS a KNOBELSDORFF**, Eq. Borussus,  
Ecclesiæ Cathedralis VVratisl. Decanus & Officialis.

*Εὐσταχιος* Eustachius Phœbi fuit hercle canentis;  
Æquat Calliopen, Nato Poeta, tuam.

*(N. Heilspergæ in Borussia An. 1519. Clar. ed. Scr. Gefnerus. θ.  
VVratisl. posttride Dominicæ SS. Triadi Sacræ An. 1571. at.  
an. 52. N. Henelius.)*

**MARTINUS a KNOBELSDORFF**, in Cammendorff  
&c. Sacr. Cæs. Mtis & supræmæ curiæ per utramque Sil.  
Confil. & Cancellarius.

Cæsar, Apollo, Dice, mihi nomina clara dederunt;  
Det **DEUS** & fini mitia fata mea!

*(N. Francosteinii, circ. fin. Januar An. 1596. θ. in Secessu suo  
Cammendorpii 9. Februar. An. 1659. at. an. 63.)*

MAXI-

**MAXIMILIANUS a KNOBELSDORFF**, in Rückers-  
dorff, VVroblin & Arnsdorff, prius Territorii Suibufiens. Ca-  
pitaneus, postea Confilarius Cæs. & Cameræ Imp.  
Silefiacæ Adfessor.

Thespiades oculis mage fovit amabilis Heros;

Quas Equitum cretus sanguine rarus amat.

*(θ. An. 1569. Nicol. Henelius.)* *Lucæ 15. ex. 1609. min.*  
*1609. ad. 89.*  
**CHRISTOPHORUS KOCHTICZKY, L. B.**  
a Kochtitz.

Vah! Baro liber hic est, quem clarant stemma, librique;  
Scilicet hoc vere est currere Patris iter.

*(Flor. Cozzentini An. 1620.)*

**JOHANNES KOCHTICZKY, L. B.** a Kochtitz &  
Stecklavy. Dynastia in Lubleniz Hæreditarius, Confilarius  
Cæsareus, & Cameræ Imperial. Silefiacæ Adfessor.

Virtutum Oceanum verbo vis dicere? eisdem  
Heros Kochticius vel mare grande fuit.

*(N. Sub Maji plenilunio An. 1543. (Hujus Coniunx Elifabetha,  
Johan. Bernhardi L. B. a Malzan, in VVartenberg, Filia. θ.  
VVrat. 12. Januar. An. 1608.) Filius ejus Johannes Georgius, in  
Viadro suffocatus Bregæ 26. August. An. 1609. Pater θ.  
VVratisl. 1. Januar. An. 1591. etat. an. 48. Polius in MS.)*

**SIGISMUNDUS a KOECKRITZ**, Senior, in Festenberg,  
Sirchen & Leipa &c. Illustriff. Pr. VVürtembergico-Olsnenfis  
Confilarius & Judex Provincialis.

Ingressus fauste Köckritz Permeffidos arva,

Progressus mediam es laudis in usque domum.

*(N. in Oppidulo Festenberg Baronatus VVartenberg 25. Jan. An.  
1601. θ. ibidem 10. Septemb. An. 1664. at. an. 64. curr.)*

**MATTHIAS KOLBIUS**, SS. Th. D. Eccles. Cathedralis  
ad D. Johan. Vratisl. Archi-Diaconus & Canonicus.

*Barb. KNOBELSDORFF  
9. App.*

*St. KNOBELSDORFF  
Med. A. P. 1615  
1608.*

*Johann. Köckritz  
Festenberg  
1601.*

V

Kolbi-



Historiam mundi CHRISTI cum tempore signans,

Theologiæ specimen sic quoque linquo meæ. *Prof. pogr. 1741. l. 91.*

(N. in Franconiæ oppido, Iphoven, 16. Sept. horis metus. An.

1532. Calagius. Clar. ed. Scr. Draud. θ. Fraustadii 12. Dec.

An. 1598. æt. an. 66. m. 2. d. 26. Minister. Lign. an. 40. Fray-

stad. an. 3. septim. 17. ex Buch. & Gualt. Polius) *1741. l. 91.*

GODOFREDUS, Johani. Sen. Fil. KRETSCHMARUS, *resp. Jo. Casp. Eberti*

Promnicio-Plesnenfis Conflariis, & loci Cellararius.

Patria chara vale! rident Plesneia temp

Præ reliquis, si sint vel potiora, mihi.

(N. Wratisl. m. Febr. An. 1605. θ. Plesnæ 9. April. An. 1657. at.

an. 53.)

JOHAN. KRETSCHMARUS, Senior, Ducatus & Scabinat.

VVratisl. Secretarius.

Prognatus Patriæ vere Kretschmarus in usus;

Curia sancta docet; Civicus Ordo probat. *Prof. pogr. 1741. l. 11. p. 107.*

(N. 19. Octob. An. 1571. Fit Scabinographus 10. Maji An. 1600.

Melchior's Steinbergeri Successor. θ. Wratisl. 20. Febr. An.

1618. ætat. an. 47. off. Scabinogr. an. 7. Secretar. an. 12. Pol.

in MS.)

JOHANNES, Johan. Sen. Fil. KRETSCHMARUS, Reipubl.

Patria a Secretis.

Gaude forte tua, Kretschmare! hæc una viarum est,

Patris in exemplum qua licet ire tui.

(N. Wratisl. 20. Febr. An. 1603. Resignat An. 1671. off. 34. & θ.

ibid. 28. Decemb. 1679. at. an. 77. curr. Successit et David

Schvemerus, U. J. D.)

CASPARIUS KRETSCHMER, Reipubl. VVratisl. Senator

& Camerarius.

Bratefilea tui Genii mirata talentum,

Te voluit Camerae rite præesse sua.

\* Leonhardus KRETSCHMER, Philof. et Med. *(N. Nif.*

Cor regere Metro, corpus reparare Medica

offine utrumque potes. *Philof. et Med. 2.*

*Nat. p. 156. 157. q. 159. v. Prof. pogr. 1741. l. 11. p. 107.*

*Leonhardus Kretschmer a Stralendorum Phil. et Med. D. Sidorius*

*Commissarius Med. et Chir. nam. - Greg. de Sidorius*

*Hic Med. et Chir. Sidorius a Stralendorum Phil. et Med. D. Sidorius*

Georg. KRETSCHMERVS antea in pago Groszmonaw Pastori, deinde post eundem trimestre Svidni  
ad Trinid. A. C. ad eum primus Archiepiscopus nat. Altheburg. Duc. Svidni. 1602. t. 1670. Ser.  
66. abf. 19. ante Dec. 27. 1670. 3. in fun. Hos. Cath. Friderici Sibbs in Liechberg. Vr. 1609  
y. M. 16. in Grad. in Cas. jur. 157 ( 888 et Bed. Quasi in Vr. Vostroff. 1670. 3. d. 160.

(N. Niffa 2. Julii An. 1602. θ. VVratisl. 8. Januar. An. 1657. ætat.

an. 55.)

M. PANCRATIUS KRETSCHMER, Reip. Patr. Hirsch-  
bergenfis Consul. *Jo. Dav. KRETSCH-  
MER, 161. Vr. de Sive  
Sibbs. Saxoniæ  
Halle. Mag. 1714. t.  
416.*

Felicem Patriam! quæ te, Kretschmere, tot annos

Judicio experta est consiliane Patrem.

(θ. in Patria peste 22. Octob. An. 1625. at. an. 70. off. an. 40. Pater

cjus vixit an. 90. Avus, centenarij major, Proavus an. 120.

Polius in MS.)

NICOLAUS a KRICKAVV, Eques, Sacrar. LL. D. Ecclesi.

Cathedralis VVratislaviensis Custos & Canonicus.

Sacrarum fuit hic Legum quoque nobile lumen,

In Canonum vivax nomen habens tabula.

(θ. VVratisl. 11. Novemb. An. 1553. Epitaph.)

AUGUSTINUS HENRICUS a KROMAYER & Ma-

jori Sageviz, Hereditarius in Grünzsch & Krackorvain &c. Reip.

Patria Senator & rei bellicæ Commissarius.

Ut Patria decori sit, multas vixit in oras;

Quæ civi debes Patria, reddé tuo.

(N. VVratisl. 12. Octob. An. 1612. θ. ibid. 27. Maji hor. 10. vespert.

An. 1669. at. an. 57.)

HENRICUS a KROMAYER & Sageviz in Gallviz, Reip. *Henr. a Kromay  
VVrat. Senator Primarius. 17. Jul. 1598. 1602. 1616. 3. Nov. 1690  
Halle 51. 1692. Vr. 161. 1658. 9. Kromayer*

Inter honoratos fuit hic pars Optima Patres,

Quos agitat curis Bratefilea suis.

(θ. VVratisl. 24. Febr. An. 1597. ætat. an. 70. off. an. 28. Polius

in MS.)

HIERONYMUS a KROMAYER, Reip. VVratisl. Senator

& Camerarius.

Custodire λόγον, justumque piumpque tueri

Cordi erat, & vixi sic Patriæ atque DEO.



(N. Patre Georgio, & Matre Hedvige Wüsthubia, 16. Martii  
An. 1495. Calagius. *θ.* Vrat. 5. Nov. An. 1551. *at.* an. 56. *off.* an.  
20. Polius in MS.)

**BARTHOLOMÆUS KRUMBHORN**, Pastor Walden,  
in Ducat. Lignicenf. & Presbyterii ibidem Senior.

Spes mea Christus erat, quem corde ac ore professus;  
Monstravi Gregibus pro statione meis.

(N. Lignicii 3. Sept. An. 1525. Calagius. Docuit prius in Scholis  
Lignicenf. Boleslaviens. & Goldbergens. Polius in MS.) 9.  
Waldæ 23. Septemb. An. 1592. *at.* an. 67. d. 15. Ministerii an.  
42. septim. 26. Krentzheim in Conc. fun. Grunæus ex Epi-  
taph.)

**CASPÄRUS KRUMBHORN**, Ecclesiæ ad DD. Petr. & Paul.  
Lign. Organædus.

Me Natura senem fecit, fors improba cæcum;  
Dona sed ingenii non potuere rapi.

(N. Lignicii An. 1572. Tertio ætatis suæ anno, ex malignitate va-  
riolarum visu privatus, nihilominus Mufices & Organi tra-  
ctandi peritus. *θ.* Lignicii 11. Junii An. 1621. *at.* an. 79. *off.* 55.)

**MARTINUS KRUMPKRUGER**, U. J. D. & Fisci Cæs. per  
utramque Sil. Patronus.

Cæsarei Fisci Regalia quæque ministrans,  
Et Patriæ pario sic bona multa bono.

(*θ.* Wratisl. 1. Decemb. An. 1604. *at.* an. 50. Polius in MS.)

**ELIAS KUNTSCHIUS** a Breitenvvald, Phil. & Med. D. Reip.  
Oppolienfis Physicus Ordinarius.

Evehat hunc Pallas, Sophie istum, Melpomene illum;

Mi satis est Medicis evaluisse meis.

(N. Oppaviæ 1. Nov. hor. 7. noctis An. 1586. *θ.* ibid. Oppolii 13. Jul. 2 April.)  
Mart. An. 1623. *at.* an. 57. Henelius.)

GEOR-

**GEORGIUS KUNTSCHIUS**, Primus Reip. Oppaviensis  
Medicus.

Gloria felices Oppam genuisse medentes;

Gloria, quod Medicum primus ibi, mea erat.

(N. Bilicii 22. April. An. 1553. *θ.* Oppaviæ febr. 2. Mart. An. 1600.  
*at.* an. 47. Polius in MS.)

**JEREMIAS KUNTSCHIUS**, Med. D. Reipubl. Oppaviens  
Physicus.

Hoc unum curæ vere mihi, munere fungi;

Mars furat; est ægris mens mihi adesse meis.

(N. Oppolii 11. Maji An. 1558. *θ.* Oppaviæ 18. Octob. An. 1623. *at.*  
an. 65. Polius in MS.)

**M. JOHANNES KUTSCHEREUTER**, Ecclesiæ Pe-  
tro-Paulin. Lignicenf. Pastor, Consistorialis, & ejusd. Ducat.  
Superintendens.

Hoc munus gessi, te Christe benigne vocante,

Ut veram doceam celsa sub astra viam.

(N. Ditmansdorpii, Comit. Zollerian. major 23. Junii An. 1623.  
Autor. *θ.* Lignicii 11. Febr. an. 1667. *at.* an. 43. septim. 33. d. 2.  
Minist. an. 18. Epitaph.)

**ULRICUS KUTSCHEREUTER**, Ducatum Ligni-  
cens. & Wolaviens. Vice-Superintendens, & Eccl. Petro-Paulin.  
Lignicenf. Pastor.

A puero mihi JHOVA fuit primaria Cura;

Cur non sum dives Gratia. Amore, Fide?

(N. Fridebergæ ad Quissum 12. April. hor. 9. mat. intr. hor. 6. &  
7. mat. An. 1587. *θ.* Lignicii 29. Novemb. an. 1638. *at.* an. 51.  
m. 7. septim. 2. d. 2. Ministerii an. 26. Epitaph. Orat. fun.)

**HENRICUS, II. L. B. a KURTZBACH**, Senior, Dn. in  
Trachenberg & Militische, Consiliarius Cæsareus & Belli  
Præfectus.

Enthæ



Enthea fustollit virtus mea facta per orbem,  
Splendet & in nato vis generosa meo.

(N. Henrico Ludovici Regis Bohem. & Hungar. Camerario, & Anna, Baronissa in Eulenberg, Parentibus.  $\theta$ . Milicii 22. Jun. an. 1590. Polius in MS.)

HENRICUS, III. a KURTZBACH, L. B. in Wartenberg.

Rebus in humanis quod fors variabilis erret,  
In nostra facile sorte videre potes.

(N. Draecomontii, Wilhelmo & Magdalena Malzania, Parentibus, 20. Mart. An. 1555. Duxit primum Helenam, Baronissam e Genere Parchviciorum a Schiltberg. Deinde Catharinam, Ladislai Poppelii L. B. a Lobkovvitz in Shiravv, Brinxen, Schliefs & Königshoff, Filiam. quam reliquit in viduo thoro, una cum Filio Ladislao Julio Eusebio, Vendito Draecomontio & Prausnicio, in Ducali Monasterio ad S. Clarae Vratisl. privatim vixit, & inibi in Suburbio Elbing, apud Sigismund. Penskium, olim Notarium Prausnicensem.  $\theta$ . 22. Martii An. 1618. atat. an. 63. Sepult. Prausnicii. Polius in MS.)

JOHANNES KURTZBACH, L. B. in Trachenberg & Militfch &c. Sigismundi Herois Pater.

Me quoque conjunxit numero Natura Baronum,  
In Nato nomen postera Secla legant.

(Duxit 1. Salomen, Duciss. in Majori Glogavv, Alberti Ducis Monsterbergenf. viduam, 2. Christianam de Menhold &c. viduam, 3. Annam, Martini Sokorovsky, Starostæ Pofnienf. in Adelnavv & Schidlavv, Filiam.  $\theta$ . Milicii 18. Maji Dominica Cantate. An. 1549, Sepult. Prausnicii. Polius in MS.)

SIGIS-

SIGISMUNDUS, L. B. a KURTZBACH, Dn. in Trachenberg & Militfch &c. Sereniss. Regis Hungar. & Bohem. Con-  
siliarius & Camerarius, ut & Castri Buda  
Præfectus.

Stirpis honorè cluens, quoque Martis honore cluebat;  
Terra ferat similes, non feret illa pares.

(Duxit Helenam, Illustr. Pr. Friderici III. Lignicenf. & Catharina, Ducis Mechelburg. Filiam,  $\theta$ . 6. Sept. An. 1583. at. an. 42.  $\theta$ . Casu fortuito per Famulum Nob. Melch. a Lessel, commissio & prorsus miserando, in castro Leuringæ Comit. Leyningenf. 31. Decembr. horis matut. An. 1579. Sepult. Prausnicii. In dextro pede sex habuit digitos. Polius in MS.)

WILHELMUS, Henr. III. Pater, a KURTZBACH, L. B. a Trachenberg & Militfch &c. Dominus in Trum & Lembergk, D. Maximil. II. Rom. Imp. Consiliarius, & Camera Imperialis Silesiæ Præfectus.

Jo. KURTZBACH  
Præf. in dext. patris  
ad P. M. M. Præf.  
et ad S. Trum. Ca.

Militiæ Pacisque decus Kurtzbachius heros,  
Magna salus Patriæ, Præsidiumque, fuit.

(N. Menf. Sept. An. 1525. Duxit Magdalenam Malzaniam Baronissam in Wartenberg.  $\theta$ . Vratisl. in burgo Cæsar. 1. Febr. An. 1567. atat. an. 42. off. an. 3. Sepult. Prausnicii. Ex Martin. Hoffmanno, Nic. Polius in MS.)

M. CASPARUS, M. Christiani Pater, KYFERTUS, Gymnastii Goldbergenf. Rector.

Sit licet in scholico pistrinum pulvere volvat  
Rector hic; in nato gaudet, ovatque, suo.

(Clar. ed. Scriptis.  $\theta$ . Goldbergx 16. Nov. an. 1583. Epitaph.)

M. CHRISTIANUS KYFERTUS, Theologus Palatinus,  
Eccles. Edencovian. in Hung. Minister.

Quid morer in mortis densam me condere noctem  
Mars furit, & vastum vastat ubique solum.

X

(N. Gold-

(N. Goldbergæ. ð. An. 1622. æt. an. 46. circit. Henelius.)

ANDREAS LADENBACH, U. J. D. & felix in Patria  
Præcticus.

Sit sua laus Coo, Stagiritæ, Tullio, Homero;

Cum Baldo & Balbo vivere dulce mihi est.

(N. Vratisl. 13. Mart. An. 1565. ð. ibid. 6. Junii An. 1616. ætat. 51.  
Polius.)

MATTHÆUS LAMBERTUS, <sup>Langenhoff</sup> Fraustadio-Sil. V. J. D.  
Ecel. Cathedral. Vrat. Canonicus.

Quæ collecta mihi bona sunt, dum vita manebat,

Post mortem studiis, pauperibusque dedi.

(ð. Vratisl. 20. Januar. An. 1552. æt. an. 75. ex Epitaph. Suevus &  
Polius.)

ADAMUS LANDECK, Ecclesiæ Cathedralis Vratisl. Decanus  
& Canonicus.

Qui Canonum Mystes quondam venerandus ovabat,  
Deposuit matri debile carnis onus,

(9. Vratisl. 24. Dec. An. 1600. æt. an. 69. sed. an. 40. ex Epitaph.  
Henelius.)

CASPARUS LANDSHUTTER, Reip. Vratislav. Senator  
Primarius.

Vin' Custos Legum Patriæque vocarier oræ?

Ad vitam confer nominis orsa mei.

(N. 21. Jun. horis matut. An. 1554. ð. Vratisl. 18. Mart. An. 1624.  
æt. an. 70. Polius in MS.)

JOHANNES LANDHOLTZ, U. J. D. in Acad. Franco-  
furtens. P. P.

Sint, qui corrumpant & res & Jura clientum,

Integritas recti me decet, atque decus.

(N. Monstbergæ. Flor. An. 1514. & C. E. S. Trithem.)

JULIUS

JULIUS LANDUS, Placentia-Italus, Ecclesiæ Cathedralis  
Vrat. Decanus & Canonicus.

Et Charites Veneresque suas, dum vixit, amavit  
Landus, an a Charisim sit procul ille, putes?

(ð. Vratisl. 16. Nov. An. 1605. ex Epitaph. Nic. Polius.)

M. MARTINUS LANGÆUS, Monstbergæ-Sil. Gymnas.  
Elisabet. Vratisl. P. P.

Æquivalens reddi queat an, Langæe Magister?

Non tamen est meriti laus reticenda tui. *Propogr. Dr. H. II. p. 110*

(3. Vratislav. 30. Julii An. 1596. ætat. an. 59. off. Schol. 27. Po-  
lius.)

ERNESTUS LANGE, a Langenhoff, in Taschenberg, U. J. D.  
Com. Palat. Cæs. Sacr. Cæs. Mitis & Illustriss. P. P. Olm. Conf.  
filiarius.

Eurynome cum Phradmosyne me duxit in Aulam;

Dirigat hoc factum, qui regit omne, Deus.

(N. Olsnæ 21. Maji An. 1592. ð. Vrat. ipso die natali 21. Maji An.  
1632. æt. an. 40. Program.)

BALTHASAR LANGE, JC. Ducat. Wolaviensis Syndicus  
Provincialis.

Perstitit in Themidos vigil ingeniosus arena,

Qua duce promeruit laudis aroma vigens.

(N. Haynæ 13. Nov. An. 1594. 9. Vratisl. apoplexia 23. Maji An.  
1642. æt. an. 48. curr. off. 19.)

VALENTINUS LANGEHANS, Scholæ Saganens. Patr.  
Rector, Poeta.

Carmina docta canens, ne cessa, doctæ Poeta;

Elyfios inter te quoque Fama manet,

(N. Sagani 1. Febr. An. 1566. Bilovius. Clar. ed. Script.)

JOHANNES GEORGIUS a LANGENAW, in Dobrit-  
schavv, Illustriss. Pr. V. V. Wirtembergico-Olsnens. a Consiliis, & ejusdem  
Ducatus Capitaneus.

X 2

Exem:

Exemplo monstrante Dicen reverenter habebam,  
Consiliiisque stetit faulstiter Olfina meis.

(N. in agro Birgsdorff, Districtus Crucebergens. 1. Decemb. An. 1591. θ. in Secessu suo Dobritschavv, 2. Julii An. 1666. et. an. 75. current.)

JOHANNES a LANGENAW, in Dobritschavv, Illustriss.  
Pr. Olsnens. Consiliarius, & Districtus Berolftadiens.  
Capitaneus.

Ut potui, juvi bona publica, privaue passim,  
Et satur hinc annis, officioque, fui.

(θ. 28. Januar. An. 1629.)

GEORGIUS LANGENICKEL, Goldberga-Sil. Ecclesiæ  
Hirschbergensis Pastor Evangelicus.

Lux Evangelii, Jano Curfore, suborta est;  
Me verna, vestro splenduit illa choro.

(N. Goldberga θ. Hirschbergæ 17. Jan. An. 1531. Ministerii an. 7.  
Polius in MS.) cf. Hanc. de Sil. ind. v. c. 63

FRANCISCUS, Francisc. Fil. LANGER, JC, Illustriss., Pr.  
Berolftadiens. Consiliarius.

Nonne Themistos honor, Phœbi decus atque moneta  
Langer erat? Famæ momina longa trahens.

(N. mens. Majo An. 1599. θ. Wratisl. 10. Julii An. 1650. intr. hor.  
11. & 12. noctis. et. an. 51. Programm.)

M. JOHANNES LANGER, Ecclesiæ Ducalis Coburgensis Iste locum  
Pastor, & reliquar. Inspector ac Superintendens, *gerus 1697 et 98. age. hnt Presbyterum Wratisl. vident. Philosophia Magi*

Theologia celebris, celebris profaque, metroque; *Philosophia Magi. (Ut taceam Linguas,) hic & ubique fuit. per in. sp. ac. Professor a. 1715. Philosophici Collegii decan. 1718. Academiae Secretar. & Confessorius*

(N. Bolckenhaina. Flor. An. 1494. sub Imp. Maximil. I. Gualter. ad Evangelicos *1528*  
C. E. S. Gesner. θ. Coburgi 15. Septemb. An. 1548. Ministerii Coburgum *an. 20. Succellit ei Maximilian. Morlinus. Pol. in MS.)* cf. L. Hanc. 5. d. ind. et. *scr. 1) de Consilio et venerationibus Librum. 2) Epist. FRAN. Larum ad An. vestros exar. Librum. 3) Carminum vatorum Librum. dicitur in. Sistorum in Pergameno artificialium, qui Computationes multiplices ad. 1852. continent, A. 1800. elaboratorum. Autor. v. Luca Chronis. P. l. c. 2. n. 3.*

FRANCISCUS LANGERUS, U. J. D. Reip. Wratisl.  
Scabinographus.

Ni te mancipium Themis Eurynomeque tenerent,  
Clejo te Phœbum diceret hercle suum. *Prof. Progr. Mill. 1792. Kap. Casp. LANGHANS*  
(N. Nissa 26. April. An. 1565. θ. Wratisl. 22. Octob. An. 1622. etat. *an. 58. off. 26. Succellit ei Thomas Schröder, Advocat. Jurat. Pol. in MS.)*

ANDREAS LANGIUS a Langenavv, prius Reipubl.  
Carnoviens. Syndicus, deinde Illustriss. PPr. Ligio-Bregens.  
Consiliarius, & Illustriss. PPr. & Stat. utriusque Sil.  
Syndicus.

Quid Themis absque fide? fidus JHOVÆque, Ducique  
Et Patriæ, vita dum fruitabar, eram.

(N. Nissa 7. Maji S. N. An. 1580. θ. Bregæ 13. Dec. h. 4. vesp. An. 1657. et. an. 78. curr.)

M. AMBROSIVS LANGIUS, Ecclesiæ Landishuttanae  
Pastor,

Langius doctus sacri prius enthea verbi,  
Landeshuttanos nunc docet euge! suos. *Prof. Progr. Mill. 1792. P. 10. Bernh. Langius scob. Med. & Pius et Consul in Atria*  
(Clar. ed. Ser. An. 1602.) *cf. 1672. a. c. 1626. 29. An. at. 72.*

GEORGIUS LANGIUS, Havelberga-Marchicus,  
Muficus excellens.

Langius Orlandi modulandi proximus arte,  
Orlando haut dispar laudis aroma meret.  
(Clar. ed. Ser. Draud. θ. Vrat. in Xenodochio ad D. Hieronym. manibus, pedibusque contractis, I. Maji An. 1587. Polius.)

HENRICVS LANGIVS, prius Reip. Sprottaviens. No-  
tarius, deinde Olaviens. Senator & Consul.

Virtus Pieridum, Altrææ quoque, Langius audit,  
Et movet hinc molli pectora dura manu.

X 3

(N. Stre-

(N. Strelæ. 9. Olaviæ 20. Julii An. 1633. off. an. 3.)

**JOHANNES LANGIUS**, Phil. & Med. D. V. Elector. *Ludovici Friderici*  
*et Henrici Henrici Comitis Palatini et Electorum Principum*  
*Palatinorum Archiepiscopi*

Neccariæ Archiatrum me Scleras edidit Aulæ; *Profopogr. Will. I. p. 93.*  
 Scripta Sophum & Medicum non peritura probant.

(N. Leobergæ, ex familia Medicinæ cultoribus clara, mens. Junio  
 An. 1485. Bollfard. Clar. ed. Scr. plur. Gefner. Draud. 9.  
 Heidebergæ 21. Junii An. 1565. atat. an. 80. Melch. Adam,  
 Buch. Thuanus.) *Gal. 4.*

**JOHANNES LANGIUS** a Langenheimb, natione Marchi-  
 cus, Phil. & SS. Th. D. Com. Pal. Casar. Protonotarius Apostolicus, Eq. Au-  
 rar. Civis Rom. P. L. Caf. & Eccles. Major. Glogov.  
 Canonicus.

Argolicam, Latiamque chelyn pullare secundus  
 Langius; a primo proximus esse potest.

(9. Glogovix An. 1624. at. an. 74. M. Christian. Theod. Schœf-  
 ferus in illius Icone.)

**JOHANNES LANGIUS**, U. J. D. Episcopi VVratisl. Cancellari-  
 us, deinde DD. Imp. Rom. Ferdinandi & Maximiliani Consi-  
 larius, Orator & Poeta.

Est Nazanzenus Latio mihi carmine versus,  
 Callistum docui Romuleo ore loqui.

(N. Freistadii in Ducat. Teschin. An. 1503. Clar. ed. Scr. Gefnerus.  
 Prius fuit Rector. Scholarr. Goldbergenf. & Niffensf. deinde  
 Reip. Suidnicenf. Syndicus. Pro versione Nazianzeni Græc.  
 in Latin. à D. Imp. Rom. Ferdinando 500 florenos Hungar.  
 dono accepit. Polius in MS. 9. Suidnicii 25 Aug. An. 1567.  
 atat. an. 64. m. 5. d. 8. Mel. Adam. ex Epitaph. Thuanus.) *Gal. 4.*

**M. VVENCESLAUS LASSOTIUS** de Thoff, Eccles.  
 Cathedral. VVrat. Thesaurarius, us & Olomucaf. & Glogovienf.  
 Canonicus.

Suada benigna mihi fuit, usque benigna Pronœa,  
 In cerebro coeunt pars utriusque meo,

(9. VVra-

(9. VVratisl. 29. Januar. An. 1560. atat. an. 76. Epitaph.)

**BASILIUS LATOCHIUS**, Ord. Cruciferorum cum Rubea  
 Stella per Polo n. & Silef. Ecclesiastes Germano-Polonus.

Nomine Basilicus, sed re fuit iste minister,  
 CHRISTE, bonus, docuit verbi elementa tui.

(N. Ratiboriæ. 6. Olaviæ An. 1560. Samuel Latochius Secun-  
 dus.)

**SAMUEL LATOCHIUS** Secundus, Cognomento Sommer *et Cæro sum. Bedi.*  
*held. P. L. & Pastor Cygneus. Smata. Vrat. 1591. t. 2. p. 100. p. 101.*  
*(S. Sola. D. D. in 15. sub. p. 101.)* Vatem me fecit fatium, non ordo, secundum *501. Curmugim. Nation. Schell. 15. p. 101.*  
 Confcius haut primi, metra secunda cano. *Schola. Silesiæ collecto 1596. 8.*

(N. Brege, Sabbatho Pentecostes, An. 1560. Clar. ed. Scr. Vixit  
 An. 1605. at. an. 45.)

**M. MELCHIOR LAUBANUS**, P. L. prius Gymnal. *Sprothan. p. 100.* Gold-  
 bergenf. deinde Dantiscani, denique Ducalis Bregei. *Gold. Melch. Laubang*  
*bergenf. deinde Dantiscani, denique Ducalis Bregei. ser. Ducalis Gymnasii Bregei.*  
 Rector. *Gal. 4. p. 101. t. 2. p. 100. p. 101.*

Laubanus Lyricos inter Dictator habetur; *im. quovis apparitu armoz. S. p. 101.*  
 Flaccelyram cohibe; Dux magis esse nequis. *perogahwa. Brege. 1614. t. 2. p. 101.*  
*Profopogr. Will. I. p. 94.* (N. Sprottaviæ 10. Decemb. An. 1567. Calagius. Clar. ed. Scr. *0. Anthon. p. 101. t. 2. p. 100.*  
 Brege i. Maji An. 1633. at. an. 65. septim. 20. d. 1. Orat. fun.) 1617. 4.

**M. MARTINUS LAUDANUS**, Gymnasii Mar. Magdalen.  
 Patrii Con-Rector.

Formandis animis natum te Fama ferebat;  
 Fata reformatum te super astra locant.

(9. VVratisl. in Patria 13. Januar. An. 1622. Nic. Polius.)

**CASPARUS LAUDISMANNUS**, Illustr. Principis Bregei.  
 Consiliarius.

Seria cum salibus, speculò cum Noctua abito;  
 Laudismannus habet quod recreare potest.

(N. Goldbergæ medf. Augusto An. 1572. Clar. ed. Scr. 0. Olomucaf.

in sum-

in summis angustiis mens. Septemb. An. 1621. et. an. 69. Pol. in MS.)

GEORGIUS, Sebaldi Pharmacopœi Frater, LAUREA, Med. D. Statuum Moraviae Medicus Provincialis.

Jam mihi crediderat Laurumque & Pharmaca Phœbus, Cum rigida rapit heu! me ira, metusque necis.

(N. Wratisl. 5. Decemb. An. 1565. 9. ibid. 27. Mart. An. 1603. et. an. 38. curr. Polius in MS.)

SEBALDUS LAUREA, Pharmacopœus VVratislav. Medicinæ Candidatus.

Pharmaca quo facias Meditriina Sebalde volebat; Cur nona Phœbo diceris esse satus?

(N. Wratisl. 2. Maji An. 1559. 8. ib. hor. 9. vesp. 17. Julii An. 1626. et. an. 67. Polius in MS.)

LAURENTIUS I. Episcopus VVratislaviensis XX. *Bolivia, Eques Polonus*

Corporis atque animi fuit ingens viribus iste, Hedvigis Divæ Fata coævus agens.

(Electus 2. Febr. An. 1208. Confirmatus ab Henrico, Archi-Episcopo Gnesnense, An. 1222. Sub Pr. Henrico belligeravit cum Borussis. An. 1229. in Conventu publico, Cracovia habito, ne quidem Episcopo Loci, Ivoni cedere maluit. 6. Freichavia

Districtus Steinaviensis, ex nimio rosarum odore correptus, 9. Julii An. 1232. Sepultus Leubusii. Sedit ar. 4. Polius in MS. Curæus.) *cf. Hanc. de Sil. mag. alianj. ex. c. 2.*

M. VALENTINUS LAURENTIUS, prius Schol. Strelens. Patr. Rector, deinde Curia ibid. Senator.

Me schola Rectorem, Collegam curia legit; Annon hæc Sophia gloria magna meæ est.

(N. Strelæ, Valentino & Hedvige Arnoldia, Parentibus, 31. Jan. An. 1557. Calagius. 8. in Patria mens. Junio An. 1620. et. an. 63.)

*Exhib. ANTERBACH*  
*10. ANTERBACH*  
*17. Jan. 1570. 9. Jan. 1644. 1644. et. a. 80. 1647. 1. 46*

HERMANNUS LEFFGE, a Roitgen, in Bogenavv, olim in Acad. Colon. Agripp. Poëf. P. P. deinde Cancellarius Episcopalibus Nissenfis, denique Sacr. Cæf. Mts & supremæ Curia per utramque Silef. Confiliarius.

*Jo. LEHMANN. 9. L. Anfang*

Verfibus a Cyrrha fluitantibus iste triumphat, A Themide una etiam suave noëma ferens.

(N. mens. Majo An. 1610. 8. Wratisl. 9. Julii A. 1667. et. an. 57. curr.)

M. VALENTINUS LEO, prius Eccles. Namslaviens. deinde Illustr. Pr. Olsnensis Pastor Aulicus & Oppidanus, ejusdemque Ducatus Superintendens.

Rugiat infernus Leo contra, & frendeat orcus! Pavi ego, de Juda quos Leo solvit, oves.

(Discessit Namslavia Francofeinium 20. Febr. An. 1559. 8. Olsnæ 6. Octob. An. 1591. et. an. 71. Minist. 41. Succellit ei Melch. Eccardus, Sigism. Suevi Gener. Nie. Polius in MS.)

LEONHARDUS I. Roma Italus, Episcopus Wratislaviensis V.

Et pius & castus fuit hic & sobrius usque; Vita isthæc debet Præfulis esse boni.

(8. Febr. quartana An. 1045. Sedit an. 9. Polius. Curæus.)

M. JOHANNES LEONHARDVS, prius U. J. Practicus & Advocatus Wratislavia, deinde Reip. Gurenf. Notarius.

Belgia me genuit, docuit Sophia atque Themista; Bresla torum atque forum; Gura necem tribuit.

(N. Antverpia, Johanne, Chirurgo, & Anna Rosea, Parentibus, 24. Octob. An. 1548. Calagius. 8. Gura.)

LEOPOLDVS, Caroli Fil. Archi-Dux Austria, Episc. Argentinenf. Passaviens. Olomucent. & VVratislaviensis.

Y

Abfce-



Abcedens ara Præful Leopoldus ad arma,  
Aufriacæ gestit gesta animare Domus.

(N. Grätii in Stiria 29. (9. Calagius.) Octob. S.N. hor. 10. a.m.  
An. 1586. Bucholc. 6. 3. Septemb. An. 1612. æt. an. 46.)

LEOPOLDUS GULIELMUS, D. Ferdinandi II. Romæ  
Imp. Fil. Archi-Dux Auftriæ, Episcopus Argentinenf. Passa-  
vienfis, Olomucenfis & Wratislaviensis.

Abcedens armis Leopold-Gulielmus ad Aram  
Accitus, implet solis utramque Domum.

(N. Neofadii in Auftria 6. Januar. intr. hor. 11. & 12. noctis, An.  
1614. EleSus Episcopus VVratisl. 3. April an. 1655. 9. Vien-  
næ in Auftria 20. Noy. h. 5. mat. an. 1662. æt. an. 48.)

ELISÆUS LESCHIUS, Phil. & Med. D., Practicus apud  
VVratisl. eximius.

Pergameo & Coo Paracelsum jungere fas sit;

Hanc telam effigenio texere cura meo. *Prof. Prag. Pr. M. J. P. A.*

(N. Guræ, Martino, Pastore Guraviens. & Anna Grechivvicæ,  
Cracoviens. Parentibus, 4. August. hor. 4. pomerid. An. 1572.  
Calag. 9. VVratisl. 29. Januar. an. 1617. ætat. an. 45. Polius  
in MS.)

MARTINUS, D. Elisæi Pat. LESCHIUS, Ecclesiarum  
Gurenfis & Stroppenf. Pastor.

E morum tenebris mihi credita corda reduxi;

CHRISTUS erat baculus; lux mihi Biblis erat.

(9. 17. Decemb. An. 1614. ætat. an. 71. Ministerii an. 46. Polius  
in MS.)

GEORGIUS LESSOTA, a Stablavv, U. J. D. Illustr.  
Pr. Ligio-Bregens. Dn. Georgii & c. Consiliarius & Can-  
cellarius.

Me generis splendor, me virtus clarat & artes;

Principis hismerui munia summa mei.

(b. Bro)

(b. Bregæ 22. Maji An. 1572. ætat. an. 55. Consiliar. & Cancellar.  
an. 28. Henelius & Polius in MS.)

JOHANNES LETSCHIUS, Ecclesiæ Parochialis Bregens.

*Pastor. & Presbyterii Senior Primarius.*

*et Ducalis Consiliarius & Auditor.*

Damna facesque animæ extinguo medicante cruore  
Salvifici Medici; sicne Minister ovo?

(N. Egræ Narifcor. Johanne, cive Egrano, & Anna Starchia, Pa-  
rentibus, 25. Maji hor. 2. matut. A. 1603. 6. Bregæ 26. April.  
An. 1664. æt. an. 60. mens. 11. d. 1. Minist. an. 36. mens. 5. Jo-  
han. Bapt. Schvvopius in Conc. fun.)

JEREMIAS LEUBSCHERUS, U. J. Pr. Curia Bregens.

*Patr. Prator.*

Credita Leubschero Prætoria cura; severa

Quipe prius Themidos fidus alumnus erat.

(N. Bregæ 9. Januar. A. 1568. 9. ibid. 3. Julii A. 1650. ætat. an. 82.  
mens. 5. d. 10.)

JOHANNES a LEUDERODE, Phil. & U. J. D. Ecclesiæ  
Cathedralis VVratislaviensis Castos & Canonicus.

Dicendo lentus, Canonas cantando peritus,

Juris & insignis cognitione fuit.

(9. VVratisl. 10. Octob. sub nocte A. 1665. æt. an. 68.)

GEORGIUS LEUSCHNERUS, Juris U. peritus, Reip. Bre-  
gens. Senator, & Gymnasii ibid. Ducalis Præses.

*Leubnerus Senior ad Jessor*  
Excoluit Themidos simul hic & Apollinis arva;

*Consiliarius & Auditor*  
Aut fuit, aut nunquam sit bonus Agricola.

*Eccl. Carnovienfis*  
(9. Bregæ 18. April. A. 1609. æt. an. 59. Laubanus ex Epitaph.)

TOBIAS LIBALDUS, Herfnstadio-Sil. Ph. & Med. D.  
ut & P. L.

Notitiam florum, Sophiæ abdita, mystica Hygejæ,  
Mufarumque mecle docta Libaldus habet.

Y 2

(b. Wra)

*Jo. Theodor. v. v. v.  
senior ad Jessor  
& Schidach. v. v.  
v. v. v. v. v. v. v.  
v. v. v. v. v. v. v.  
v. v. v. v. v. v. v.*



Lindnerum celebrem Medicum Breslae incluta jactet;

Artis id, & gratae Posteritatis opus.

(*θ. Wratisl. 8. Junii An. 1511. ex Epitaph. Nic. Polius.*)

PAULUS LINDNERUS, Pastor in Leutmansdorff, prope  
Suidnicium.

Pro grege commisso tulit hic pia vota, precesque;  
Integer ut vita, sic catus ore docens.

(*θ. in Pastoratu suo An. 1598. et. an. 74. Ministr. an. 40.*)

PAULUS CHRISTOPH. LINDNERUS, Illustriss. PPr.  
Ligio-Bregens. & VVolavienf. Consiliarius & Secretarius.

Pegasidum Clarior e fonte bibisse liquores  
Quam sit dulce, tuo Deigmate, Paule, refers.

(*N. in pago Saltzborn, Patre Christophoro, Pastore loci, 17. Jan. An. 1606.*)

TOBIAS LINDNER a Grünayche, in E.omburg, Reip.  
Wratisl. Senator.

Si commune bonum bonus est vir, ut Etymon infert;  
Hercule te talem nomine, reque probas.

(*Electus mens. Martio An. 1587. θ. Wratisl. 14. Mart. an. 1611, et an. 62. off. an. 24. Pol. in MS.*)

JOHANNES LININGIUS, al. Leuning, U. J. D. Illustriss.  
Fr. Bregens. Consiliarius, & Dieces. Olavienf. Capitaneus.

Consiliis gavisus meis est Principis Aula;  
Floruit auxiliis Ola polita meis.

(*θ. Bregæ 8. August. An. 1557. et. an. 64.*)

JOHANNES LININGIUS, prius Znoymæ Moravorum,  
deinde Schol. Ducalis Olsnensis Rector, Historiographus.

Quot menses, mihi tot sunt scripta volumina in annum;  
Ne promam historias, mors inopina facit.

(*N. Strelz. Johanne, & Elisabetha Meisneria, Parentibus, 13. Decembris.*)

cembr. An. 1566. Calagius. C. E. S. S. Vrat. 18. April. An. 1616.  
et. an. 50. Nic. Polius in MS.)

JOHANNES LIPENIUS, Ecclesiae Glogovienf. Major,  
Pastor & Senior.

Ad Genium genitum me Gloga professa Philippi;  
Prognatum civem, Crofina polita gemit.

(*N. Crofina 9. Junii An. 1548. θ. Glogoviz 10. Jan. an. 1621. et. an. 73.*)

NICOLAUS LIST, Juris Consultus.

Mi strepitu sine vita placet, sine lite quietas,  
Sunt tamen illicium Musa, Themisque meum.

(*N. Wratisl. m. Jan. An. 1570. θ. in Ducatu Glogovienf. an. 1618. et. an. 48.*)

NICOLAUS LITWITZ, Bischvicio-Sil. Ord. Auguff.  
Regular. ad D. Mariae Vrat. in arena Abbas.

Sim licet exiguis ad celsa vocatus ab oris,  
Doctiloquo tamen heic præditus ore cubo.

(*θ. Vrat. 8. Nov. An. 1539. Successit ei Dominicus Gothardus, Præpositus Zobtenf. Pol. in MS.*)

FRIDERICUS LOCHNERUS, N. P. Cæs. Reip. Norin-  
bergenf. ab Expeditionibus,

Intervisse rei patriæ non ultima laus est;

Major ab ingenio quæ venit, esto mihi!

(*N. Olsnæ 10. August. An. 1602. Vixit mens. Octobr. an. 1662. et. 60.*)

M. MARTINUS LODE, Gymnasii Mar. Magdalen-  
Wratislav. Con- Rector.

Ad Sophiam duxi Juvenes, genioque notavi,  
Quæ sint cum Latiis congrua Graja sonis.

(*θ. Vrat.*)

*M. Jo. Lipenij An.  
1622. Eder. postea  
Pastor in V. Wratisl.  
et Glogoviz.*

(b. Vratisl. 3. Januar. An. 1622. atat. an. 30. Polius in *MS.*)

M. NICOLAUS LOEBEL, Reipubl. Wratislaviens.  
Senator.

*Maffias a peller  
CEWENPSTAN  
Golaava*

Me sophia fecit Viteberga polira Magiftrum;  
Bresla Senatorem; Parca Tyranna nihil.

(Electus, menf. Febr. An. 1512. b. Vrat. 17. Nov. an. 1531. off. an. 19.  
Polius in *MS.*)

*Balth. Fridr. a Logaw  
got. leg.*

CASPAR a LOGAW, Eq. in Ducatu Stuidnicen. Sil.  
Epifcopus Wratislaviensis, D. Ferdinando, Rom. Imp. chariff.  
Supremæ Prefectura per utramque Silefiam  
Capitaneus,

Natus Eques, Vatesque bonus fit Epifcopus, arte  
Omnimoda excellens & pietate Logus.

(Elect. 16. Febr. Confirmatus 12. Maji An. 1562. Sigm. Suevus.  
9. Vratislav. 4. Junii An. 1574. Die 14. Junii, sub fefto  
Corporis Christi, exuviz Nilfam translatae sunt. Sedit an. 12.  
Polius in *MS.*)

FRIDERICUS a LOGAW, Illustriff. Pr. Ligio-Bregenf.  
Confiliarius.

Teutonis ad genium formas tua metra Catullij,  
Hinc & Virtutis par tibi surgit epos.

(N. menf. Junio An. 1604. Clar. ed. Poemat. Germanic. sub no-  
mine Salomonis a Golavv. b. Lignicij 25. Julii an. 1655. at.  
an. 50. fept. 26. Epitaph.) *got. leg.*

MATTHÆUS a LOGAW & Altendorff, Ducatum  
Stuidnicenf. & Javorienf. Capitaneus, & Camer. Imp. Silefiac.  
Præfes.

Prudenter Divi dum Cæfaris Acta gubernas,  
Eveniunt Generi nomina clara tuo.

(9. Javoriz in Burgo 2. Martii An. 1593, atat. an. 58. Polius in  
*MS.*)

*GEORGIUS LOGAVS*, ad Schlaupitium Eq. Sil. Confil. Col. Praep. & Legatus  
et Lonon. ad F. Vratisl. Lonon. Palastrus:  
Quæ Logus exhibuit, suavi sunt tincta lepore:  
Pythius haut fecus, et Thespiæ turba canunt.  
Die 22 April. 1593. in Praepos. *got. leg.*

MARTINUS a LOGAW, Eq. Silef. SS. Theol. D, prius  
Academ. Lipsienf. P. P. deinde Abbas Cellenfis.

Sunt mihi majorum prælustria Stemmata laudum;  
Sed mage Bernhardo structa Sacella Patri.

(Flor. An. 1514. & C. E. S. Maximis impensis novis structuris D.  
Bernhardi Lipsie Collegium. Trithemius.)

GEORGIUS LOGAVS ad Schlaupitium, Eq. Silef. U. J. D. *Balth. Fridr. L. D. a LOGAVS p. 116*  
Conf. Palat. & Confiliarius Cæfareus, Canonicus Vratisl. & ad S.

*Georg. Logus  
Gratium, Neme-  
stianum, Calpurnium, et Siliam, Legum Imperia. D.  
a mendis respiciant  
Quæ Logus exhibuit, suavi sunt tincta lepore;  
Pythius haut fecus & Thespiæ turba canunt.  
Egregium ejus Carmen Wratislavice laudibus dicatum v. apud  
Henel. Breslogr. p. 7. v. Langii Praef. ad Niceph. p. m. 6. & post  
hanc Logi Carmen, Jovius vocat inelytum Poetam & foda-  
lem suum in Elog. p. m. 224. Clar. ed. Ser. Gefnerus. Drau-  
dius. b. Schlaupicii II. April. An. 1553. at. an. 68. ex Epitaph.  
ab Hieron. Victore, Sil. S. Suevus.) *got. leg.**

Quæ Logus exhibuit, suavi sunt tincta lepore;  
Pythius haut fecus & Thespiæ turba canunt.

Egregium ejus Carmen Wratislavice laudibus dicatum v. apud  
Henel. Breslogr. p. 7. v. Langii Praef. ad Niceph. p. m. 6. & post  
hanc Logi Carmen, Jovius vocat inelytum Poetam & foda-  
lem suum in Elog. p. m. 224. Clar. ed. Ser. Gefnerus. Drau-  
dius. b. Schlaupicii II. April. An. 1553. at. an. 68. ex Epitaph.

VINCENTIUS LONGINUS, P. L. ut & Philosophus  
& Med. D.

Cantat Amor, saltant Dryades, Venus aurea ridet,  
Cum grave dulciloquo pectine ludis epos.

(N. Freistadii. Flor. An. 1500. Forfterus. Clar. ed. Panegyri Vienn.  
in Austria 1. Febr. An. 1502. Polius in *MS.*)

PETRUS LOSLOVIUS a Losslav, Eccles. Cathedr. Vrat.  
Cantor & Canonicus.

Aeternæ si certa Canon fert præmia Vitæ;  
Ad Canonas vixi, mortuus ad Canonas.

(9. Vrat. 8. April. An. 1606. at. an. 39. Epitaph.)

GEORGIUS EOCHANUS, Silefius, Eq. Aurat. D. Ferdinando,  
Roman, Imperat a Confiliis & Epiftolis.

Z

Natus

*Friedr. Lucae sub Liechtenberg larva 1685. & Trif. ad M. C. A. Dispositio. f. u. s. m. Latine ad v. o. g. n. d. l. i. g. n. e. m. i. s. p. i. r. i. t. u. m. d. i. s. p. o. s. i. t. u. m. i. n. 20. Dispositio. f. u. s. m. Latine ad v. o. g. n. d. l. i. g. n. e. m. i. s. p. i. r. i. t. u. m. d. i. s. p. o. s. i. t. u. m. i. n. 20. Dispositio. f. u. s. m. Latine ad v. o. g. n. d. l. i. g. n. e. m. i. s. p. i. r. i. t. u. m. d. i. s. p. o. s. i. t. u. m. i. n. 20.*  
Natus amare melce, doctisque favere Poetis; h. *Dispositio. f. u. s. m. Latine ad v. o. g. n. d. l. i. g. n. e. m. i. s. p. i. r. i. t. u. m. d. i. s. p. o. s. i. t. u. m. i. n. 20.*  
Nunc, LucL, Musis, & Loge, vivo tuis. *Dispositio. f. u. s. m. Latine ad v. o. g. n. d. l. i. g. n. e. m. i. s. p. i. r. i. t. u. m. d. i. s. p. o. s. i. t. u. m. i. n. 20.*  
(Flor. An. 1521. Nic. Henelius.)

M. MARTINUS LUCANUS, prius Scholæ Suidnicenf.  
Rector, deinde Eccl. ibid. Pastor.

Intervisse labor meus est Temploque, Scholæque;  
In Cœlis merces postea corona mihi est.  
(S. Suidnicii 1, Mart. An. 1561, atat. an. 99, mens. 3. d. 6. Epitaph.) *Et successit C. Heidenreich, P. 3.*

M. JOHANNES LUCAS, Illustriss. Gymnasii Bregei Rector.

Bregeis audis merito Præfectus Athenis,  
Istud ad officium mensque, manusque, quadrat.  
(N. Olaviz 7. Jan. An. 1602. b. Brege 13. Dec. An. 1673. at. an. 71. m. 11. d. 6. off. 46.) *Gal. C.*

CASPAR LUCK a Bogoslavviz U. J. D. Illustriss. Pr. Monsterberg. Consiliarius.

Jura mihi multos primum peperere labores; *Professogr. Phil. II. 179.*  
Nunc Famæ pariunt nomina clara meæ.

(N. Olsnæ Laurentio, & Margaretha Heintzia, Parentibus, 13. Maji An. 1568. Calagius. Vixit 6. Maji An. 1627. at. an. 59. ed. Epigram.)

LAURENTIUS LUCK a Bugoslavviz, Phil. & Med. Doctor.

Dum sequor & Sophiæ doctas & Apollinis artes, *Ibidem.*  
In Latio titulum consequor & tumulum.

(N. Olsnæ Laurentio, & Dorothea Scharffia, Parentibus, 26. August. An. 1577. Calagius. S. in Italia mens. Nov. an. 1586. at. an. 29. Polius in MS.)

SIMON

SIMON LUCK, a Bugoslavviz, D. Rudolph. Rom. Imp. in Aula Cas. Pragenf. Secretarius, Registrator & Taxator.

Me Pietas, me cana fides, rectumque, bonumque  
Commendant Aulæ, Dive Rudolphæ, tuæ.  
(N. Olsnæ Laurentio & Dorothea Scharffia, Parentibus, 1. Febr. An. 1556. Calagius. b. Viennæ Austr. febr. maligna 11. Jan. an. 1613. at. an. 57. off. 35. Polius.)

LUCILIUS I. Italus, Episcopus Wratislaviensis, IV. Simplicitate pia mihi credita pectora ducens,  
Damnari Cleri stupra nefanda mei.  
(b. Podagra & senio fractus An. 1036. Sedit an. 9. Polius in MS.)

M. LAURENTIUS LUDOVICUS, Scholæ Gorlicenfis Rector. *Sudov. 2. C. 1. B. Soc. fructifera Coll.*

Et Sophiæ & Phœbi mysteria cuncta notaram,  
Rectorem hinc petiit Lufatis alma fium.  
(N. in agro Leobergenfium Sibelonio 8. August. An. 1536. Gualter. El. Reufn. C. E. S. Draud. b. Gorlicii 15. April. hor. 4. pomerid. An. 1594. at. an. 57. mens. 7. d. 28. off. 30. an. Melch. Adam. ex Bucholc. Nic. Polius in MS.) *Gal. C.*

LAURENTIUS LUDOVICUS, P. L. Curie in Patria Advocatus Ordinarius & Provincialis.

Me vatem lacrumæque meæ, Laurusque docebant;  
Lumen Adraetæ me Themis alma docet.  
